

Bibliothèque numérique

medic @

Riolan , Jean. *Opuscula nova
anatomica, judicium novum de venis
lacteis tam mesentericis quam
theoracicis adversus Th. Batholinum.
Lymphatica vasa Bartholini refutata.
Animadversiones secundae ad
anatomiam reformatam Bartholini.
Ejusdem dubia anatomica de lacteis
thoracicis resoluta. Hepatis funerati et
ressuscitati vindicae. Authore Joanne
Riolano*


*Parisiis : apud Viduam Mathurini du Puis, viâ
Iacobæá, sub signo Coronæ Aureæ, 1653.
Cote : 32089*




ces opuscula appelles nova par
rapport aux precedentes opuscula
varia 1652 p. 18^e.

1. 7 feuillets p. 56.
4. feuillets p. 113.
2. Th. Bartholini De lactis thoracae
ibid. p. 59.
3. Th. Barthol. vasa lymphatica idem.
p. 32; 4 feuillets.
4. Th. Bartholini Dubia de lactis ibid.
p. 36.

tom. 195.





AIGT 6193



PRÆSTANTISSIMIS
MEDICIS DOCTORIBVS
Scholæ Medicæ Parisiensis, Or-
thodoxis, Hippocraticæ Medi-
cinæ veræ cultoribus, neutiquam
stibialibus, & stygialibus, eius-
que Decano dignissimo pro
tempore, D. D. Paulo Courtois,
εὐγένιον τῇ εὐδόξῳ, bene valere
& recta facere exoptat Ioannes
Riolanus, Antiquior Scholæ
Magister.



IRI CELEBERRIMI,
Liceat mihi vestram
Scholam salutare, ac interpellare, Vir-
gilij versibus, quibus Romanam Gen-
tem affatus est, uno tantum verbulo
nuntiato:

ā ij

EPISTOLA:

Salve magna parens Medicum, Sa-
turnia tellus,
Magna Virum, tibi res antiquæ lau-
dis, & artis,
Ingredior sacros ausus recludere
fontes.

*Est enim vestra Schola omnium anti-
quiſima, ut pote quæ à ſexcentis annis in
eo ſtudio floruit, & ſtat adhuc non inglo-
ria; Medicos etiam præfantifimos pro-
tulit diuerſis temporibus; atque ſemper
Hippocratis & Galeni Medicinam
veram, & inculpatam religioſe coluit.
Vestris auſpiciis aggredior paradoxa,
vitæ humanae pernicioſa, artēmque ve-
ſtrā infamantia euertere, ſcilicet He-
par partem eſſe in corpore igna-
uam, ignobilem, nec amplius ex
chylo ſanguinem elaborare, ſed bi-
li fecernendæ & colligendæ desti-
nari. Quod quidem paradoxum inau-
ditum, & falſiſſimum hiſ libellis refuta-
taui, ſimulque indicaui veros fontes chy-*

EPISTOLA.

li, & sanguinis. simûlque uniones siue synanastomoses Venarum Portæ & Ca- uæ, atque pereas motum sanguinis, ut in mari Oceano & Mediterraneo perfici.

Quæ omnia à me detecta sunt, & de monstrata in confusionem iuniorum Anatomicorum. Controuersiæ ortum, progressum, & statum paucis ostendam, & inde consequentias valde pernicioſas, ut iis occurratur, ne longius serpent in detrimentum artis vestrae, salutisque publicæ. Ab octo & viginti annis Aselli liber posthumus de Venis Lacteis, produxit in lucem. Nonitate sua placuit, quia demonstrauit scripto & picturis, novas venas Lacteas in Mesenterio, diuersas à Mesentericis vulgaribus, quæ ſugentes chylum ab intestinis, deferunt ad glandulam magnam, in centro Mesentery locatam, quam nouum Pancreas vocat, veluti fontem & lacum chyli, inde referri per quatuor ramos ad Hepar.

A quadriennio noua Secta exorta est,

ā iiij

EPISTOLA.

Nouij quidam Anatomici curiosis oculis & manibus, in huius rei veritatem inquirentes, ramos ad Hepar pertinentes negant existare, sed ramulos duos, interdum unicum inuenire, qui ascendunt secundum longitudinem dorfi vertebris instrati, usque ad axillares, & in iis album chylum contineri monstrant.

Ex ista Observatione concludunt Pecquetus & Bartholinus, per istos ramos Thoracicos chylum ad Cor deferri, nullum ad Hepar ire: ea propter haematosos functione priuandum, & in Corde ex chylo haematosin fieri, istumque sanguinem adhuc chylosum vel crassum & incoctum per varias circulationes intra venas & arterias concoqui & attenuari.

Quum autem Anatomicus Anglus, Highmorus, deprehendisset fibrillas varias tanquam vasulae ex Hepate emergentia, inseri in verum Pancreas, ex quo suatum chylum reuehunt ad Hepar,

EPISTOLA.

*quod scripto ex Iconibus demonstrauit:
Bartholinus, Anatomicus Danus,
non indoctus, occasionem arripuit istud
refellendi tanquam falsum, & ad alios
usus isthac vasula destinauit: consimilia
per uniuersum corpus reperiri sustinuit:
atque Vasa Lymphatica nominauit, de
quibus libellum conscripsit. Nec conten-
tus isto scripto, quod mihi obtulit exami-
nandum, per Dubia quædam Anato-
mica, contra Riolanum scripta, pro
Pecqueto, pugnat.*

*Nunc eò Controuersiae status perdi-
ctus est, ut Iecur varijs opinionum fluctu-
bus agitatum, de sua potestate periclite-
tur, nisi forti manu fulciatur & vindice-
tur. Id meis vindiciis tentavi: imprimis
demonstravi istas venas Laetæas nouas,
esse propagines rami Mesenterici, aut si
non fuerint tales, Galeno tamen non
ignotas fuisse, quando scripsit, in Mesen-
terio reperiri venas, quæ non ab Hepate
prodeunt.*

a iiiij

EPISTOLA.

Recentiores Anatomici contendunt Lacteas venas à Mesentericis distinctas esse, quia chylo distentæ albescunt remanentibus Mesentericis rubicundis, chylum solum deferunt ad Hepar, ut sanguis refluens ad intestina pro nutritione, habeat suas venas separatas. I. c. V. n. p. 11

Mesentericus autem ramus in quatuor partes sectus est; una principio Ieiuni Intestini inseritur, altera amplior ad glandulam magnam abit; tertia & quarta pars versus cæcum & colum intestinadi- stribuuntur.

Alterius factionis Anatomici sustinent chylum nullo modo ad Hepar, sed per ramiulos duos vel unicum, ex fonticulo chyli, in Mesenterij centro locato, totum ad axillares migrare, inde ad Cor, ut in sanguinem mutetur, ac proinde in Cor de hæmatosim perfici. Istius erroris & deceptionis causas aperui ex Vesalio: ramus etenim Mesentericus deducendis chylo & sanguini destinatus, alternis vicibus,

EPISTOLA.

ubi peruenit ad magnam glandulam in centro Mesenterij sitam, inter duos renes, mirabilis artificio in venulas innumeratas funditur, quae ad intestinata tenuia spiratim convoluta tendunt, ut chylum exsugant, & deferant ad magnam istam glandulam. Id factum à Naturā fuit, cum non posset directe istas innumerabiles venas dirigere ad intestina, oportuit in aliquo fonticulo riuulos procreare, qui ex intestinis chylum referret.

Dubitatur an ab ista glandula illæ venules sint siboles rami Mesenterici, quia continuatio non est satis evidens: An potius genus quoddam vasis peculiaris præter rami Mesentericum? Attamen insufflato trunco Mesenterico distenduntur illæ venule, sed hoc non conuincit continuitatem eiusdem substantiæ, sed tantum cavitatis.

Ab ista glandula magna ceu fonticulo chyli, ramus Mesentericus haurit chylum, & deducit ad Hepar, quod virtute sua attractrice audiè expedit, & allicit. Sed cum huius rami cava sit satis ampla ad conti-

EPISTOLA.

nendum sanguinem, non potest totum sanguinem Hepar ad se reuellere. Propterea chylus permeans istum canalem, rubescere incipit. Quum autem in isto trunco Mesenterico non obseruarent istam albedinem chyli, qualcm intuentur in venulis & fonticu-
lo Mesenterij, inde iudicarunt chylum ad Heparnullo modo deferri, sed per istos ra-
mulos Thoracicos ad Cor; & unicum eumque sinistrum ramum notatum fuisse à Vesalio
& Rondeletio deprehendi: eius originem,
quam alij putarunt esse insertionem, repe-
runt ab axillari, & ad partes inferiores des-
cendere prodiderunt.

Isthac Obseruatio diligenter expensa,
& animo agitata, mihi indicauit venarum Portæ & Cœguiones sive synanastomo-
ses, tantopere à Vteribus & Recentioribus Anatomicis quæstas, atque motum sanguini-
nis intra istos canales venosos & arterio-
sus Aortæ. Quum enim corpus humanum iudicatum fuerit ab Antiquis & Recentio-
ibus, compendium & simulachrum maio-

EPISTOLA.

ris mundi, nemo adhuc duo Maria, Ocea-
num & Mediterraneum dico, maioris
mundi, in homine, Microcosmo, designa-
uerat: neque utriusque maris connexiones,
neque motus per fluxum & refluxum intra
venas & arterias, ut feci in his Disquisi-
tionibus de Venis Lacteis & circulatio-
ne sanguinis, aduersus Haruei opinio-
nem. Itaque demonstravi per Venas La-
cteas tam Mesentericas, quam Thoracicas,
Vene Portae & Cavae uniones, tam in su-
peris, quam inferis partibus ventris infe-
rioris, et istarum unionum utilitates insi-
gnes ad vitæ conseruationem, & morborum
depulsionem: Præterea, motum sanguini-
nis circulatorium per Cor necessarium
esse, ad humidi primigenij restauracionem
in Corde, & reliquis corporis partibus, at-
que arteriosi sanguinis confectionem, qui
non potest in Corde perfici, nisi recipiatur
& expellatur. Iстos motus non potest Cor
edere, nisi assidue mouetur per diastolem &
systolem. Eas ob causas sanguinis motus

EPISTOLA.

circularis per Cor absolute necessarius est,
ut si per dimidium sextantem horæ cessaret,
vitae terminaretur. Quum autem Harueus,
Author vel potius Renouator circularis
motus designati ab Hippocrate, magno
cum apparatu & artificio, & Medicorum
applausu, demonstrasset istum motum fieri
per uniuersum corpus, undique ex mi-
nima parte redire sanguinem per venas ad
Cor, id fore valde perniciosum saluti hu-
manæ probauit; Neque à tertia regione,
multò minus à prima, nostri corporis
culinâ & cloacâ, sanguinem remea-
re ad Cor, sed in primâ regione suis
terminis coerceri, & moueri motu pecu-
liari.

Quod spectat ad tertiam regionē, eius san-
guinem impendi & ab sumi in nutritionem
partium demonstrauit, & per habitum cor-
poris diffundi, nec ab utraque regione san-
guinem redire ad Cor, nisi in summa penu-
ria massæ sanguineæ intra vasa maiora cir-
culatoria, venam Cauam & Aortam, in

EPISTOLA.

*quibus absoluuntur ista circulatio sanguinis.
Atque istas opiniones iam per Academias
late peruagatas, & pro veris ferme receptas
sic composui, ut nullum deinceps detrimen-
tum capiat Respublica Medica, & prisa
Medicina sarta tecta conseructur.*

*Reddo tamen gratias cum Aristotele,
malè philosophantibus : nam occasionem
præbent vera inquirendi & inueniendi.
Dignoscit, inquit Plato, qui inuenit; inue-
nit, qui querit; querit, qui putat se ignora-
re. Id sedulâ & exactâ diligentia sum tan-
dem affequutus.*

*Cæterum, rerum Naturæ contemplatio
quamvis non faciat Medicum, authore
Plinio, aptiorem tamen reddit Medicinæ,
atque perfectiorem. At ista contemplatio
& cognitio Venarum Lactearum &
Circulationis sanguinis, non est super-
flua & inutilis Medico, imò reddit peri-
tiorem in operibus artis sua; quippe vera
cognitio Venarum Lactearum, docet non
esse recedendum à doctrina veterum Me-*

EPISTOLA.

dicorum & Anatomicorum, & in praxi
Medica nihil innouandum esse. Cognitio
Circulationis sanguinis insinuat in missione
sanguinis moderationem esse adhibendam,
sive sit purus & integer, sive corruptus, at-
que febris ad sit ardentissima, ut non tantum
qualitas spectetur, sed etiam quantitas, quæ
sufficiens supersit in venis, ad confectionem
sanguinis arteriosi, & reparationem humi-
diprimigenij, tam in Corde quam reliquis
corporis partibus, & conseruationem mo-
tus perpetui Cordis, quod non mouetur, ni-
si appulus sanguinis, quo deficiente pereun-
dum est, sensim elangescente motu Cor-
dis, vel subito concidente.

Hæc qui nouerit, perfectior erit Medi-
cus, & plures seruabit ægrotantes, quos ni-
mis audaci venæ sectione, & stibialibus
medicamentis quotidie perire cernimus: hæc
Cor prefocare violento vomitu facile de-
monstrabo in administratione Anatomica.
Quum autem Plato eum prædicarit beatum,
cui in extrema senectute verum peruidere

EPISTOLA.

licuit, Deo Optimo Maximo gratias immortales ago, quod me in prouecta etate tali beatitudine dignum iudicarit, mihi que indicarit Venarum Lactearum veros usus, atque verae Circulationis sanguinis insignes utilitates ad salutis humanae conservacionem. Si vultis meum iudicium novum de venis lacteis Mesentericis & Thoracicis, vobis & omnibus notum fieri, ut non amplius ea de re dubitetur in homine, facile erit ab aequissimo Senatu boni publici amantissimo, cuius interest ista sciri à Medicis salutis publicae custodibus & conservatoribus, impetrare, ut homines ad patibulum damnati, priusquam iudicium mortis eis denuntietur, Medicorum curâ & sollicitudine dapibus recreentur, & quatuor, vel quinque horis à pastu ad supplicium deducantur; Ad huius rei demonstrationem me semper paratum inuenietis, nec parcam huic piæ charitati & eleemosynæ. Id priscis usitatum fuisse docuit Baronius in suis Annalibus, art. 94. ad passionem Iesu

EPISTOLA.

Christi, confirmavit Casaubonus, dum
examinant vinum myrrhatum oblatum
Christo. Atque Parisiis ædificatio Cenobij
Monialium, quæ dicuntur Filiæ Dei, eo
fine condita fuit, ut prætereuntibus misericordiis
patibularijs ad mortem Falconis, olim locum
supplicij deducendis, post preces in sacello
fusas vinum & cupedias offerrent, ad refo-
cillationem, quod erat apud Iudeos hone-
starum matronarum officium. Id non potest
hodie denegari, neque à Theologis impro-
bari, & à R. P. Iesuistis in Belgio con-
ceditur. Valete colendissimi Collegæ, meis-
que cæptis fauete, atque à vestra Schola
Hippocratica, in Arte nostra Nouatores
& talium opinionum fautores arcete:

Item novumq[ue] ratiocinio radicibus tribuit
ubiq[ue] musculorum h[ab]ituum a circulo superius
et a circulo inferius inter se invenit h[ab]itum
in arteriis q[ui]a arteria superioris invenit
et inq[ue] h[ab]itum a circulo superius
et in arteria inferioris invenit h[ab]itum. Item IVDICIVM
ut in monachis h[ab]itum a circulo superius A



IUDICIVM NOVVM
DE VENIS LACTEIS,
Sive de Vnione, vel Synanastomosi
Venæ Portæ cum Caua:

*Et Examen libri Thomæ Bartholini,
Hafniensis, Professoris Regij,*

*De lacteis thoracicis in homine brutis-
que nuperrimè obseruatis,*

*Authore Ioanne Riolo, Doctore Medico
& Professore Regio in Academia
Parisiensi.*

Prvsqvam Iudicium nouum
proferam de Venis lacteis mesente-
ricis & thoracicis, opera pretium
duxi libellum Thomæ Bartholini
examineate, quoniam id viam præ-
parabit, lucemque maiorem adferet legenti
meum nouum iudicium.

In hoc libello frontispicij titulus modestus

A

Io. Riolani Iudicium
cst, de lacteis thoracicis, in homine brutisque
nuperrimè inuentis historia Anatomica. Sed
superba & insolens dedicatio Regi Danorum
inscripta, inuentum cbyli nouum, nunquam à
condito homine, in homine hactenus obserua-
tum.

Grande aliquid quod pulmo animæ pralar-
gus anhelat.

Tandem ubi multa de isto admirabili inuento
 disseruit,

Perturcent montes, nascetur ridiculus mus.
 Quia nubem pro lunone, & umbram tantum
 huius mirabilis inuenti demonstrauit, in duo-
 bus cadaueribus humanis: Ideoque artificiosa
 & subtilis est haec inscriptio, ut magis extolleret
 suam industriam, in perquisitione istarum Ve-
 narum lactearum, quæ rectius inuenisse, & in-
 dagasse, ac descripsisse, quam Pecquetum pu-
 tatur, atque se primum illud in homine testasse.
 Quare de eius fide & sinceritate nemo candidus
 dubitet, nunquam publico imposuit, aut verba
 dedit. Post istas assertiones, quis non ei crederer,
 libensque subscribebet?

Sunt istæ inscriptio-
 nes & pollicitationes, propter quas Vadimo-
 nium deserit posse, ut loquar cum Plinio.
 Felicitatem huius seculi praedicat, quod in-
 scriptionum nouarum adeo ferax est, ut maxima
 pars illorum, quæ seuerunt antiqui, minima
 pars sit eorum, quæ sequentium temporum in-
 dustria docuit. Sic deprimit, & despicit anti-
 quos Authores, ut iis nunc abiectis, & repudia-
 tis, nouos, quos nominabit, sequamur. Arque in
 primis eius *Anatomiam reformatam*, quam

de Venis lacteis, &c.

omnibus Anatomicis gloriam præripuisse sibi
persuasit Iuuenis iste Anatomicus, vnius lustri
Professor, qui ut Riolanum eliminaret è Cho-
ro *Lynceorum Anatomicorum*, appellat nunc
Emeritum Anatomicum, modò *Veteranum*,
& passim eum mordet, ac fuggillat, at ipse ri-
det. *Lymphatici conuitia in suo Collegio Ana-
tomico effutita*, & in ea ætate quam adeptus est
per Dei gratiam, contentionum, & nouitatum
in rebus Anatomicis, se Iudicem & Arbitrum
merito suo nunc interponit, me absente, ac de-
nato *Bartholinus* liberiùs suas alas expandet,
instar Pauonis, triumphatus de *Riolano*, cui
suam ignorantiam in rebus Anatomicis audacter
exprobribat. Sed cum mortuis non nisi larue in-
stantur, inquietabat *Plancus apud Plinium*, in
prefatione magni Operis.

Pòstquam *Bartholinus* de viis, per quas Chy-
lus ad hepar deferri potest, differuit ad libitum,
agnoscit veras & legitimas vias *Astellum* de-
prehendisse, ac demonstrasse per venas lacteas,
quaè sunt nunc omnibus nota ac recepte: iis ad-
iunxit *Pecquetus* duas venas chyliferas, per
thoracem traductas, usque ad axillares venas:
sed pag. 31. obseruationes suas *Pecquetus*, adeo
verborum, sententiarumque florculis exornauit,
ut Lectores repetitè lectione dubios semper di-
mittat, sic laudat *Pecquetum*, nec immixtò;
nam R. Iesuitarum Rhetorum ornamenta sunt,
vbi aliquot annos vixit *Parisii*, in Collegio
Claromontano, Nobilium adolescentium pädago-
gus; cùm scripsit, erat adhuc philiater, nul-
lum unquam gradum in Academia *Parisensi* est.

A ii

Io. Riolani Iudicium
assequutus: Noli igitur ipsum appellare *Medi-*
cum Parisensem; nam talia ingenij monstra
nunquam nostra Schola protulit, aut passa est.

Divisit *Bartholinus* *venas lacteas* in *lumba-*
res, & *thoracicas*, quoniam earum exortus est
in parte inferiore mesenterij, quæ sita est supra
lumbos, inter duos renes. Ibi *Pecquetus* con-
stituit suum receptaculum chyli, quem *venæ*
Mesaraicæ vndique corriuatæ effundunt. At
Bartholinus istud receptaculum mauult appelle-
lare *glandulas lumbares*, quia tales in homi-
nibus visæ, & brutorum glandulæ parum hinc
ab ludunt.

Pag. 24. Receptaculi substantia variat in
brutis, nonnunquam est membranosa, rupta,
cauitas quedam chylo vel sero repleta obserua-
tur, nonnunquam deest cauitas: In hominibus
prosper est diuersa substantia, glandulosa in star-
zialium glandularum mesenterij, venulis la-
cteis quasi irrigata, an *venæ lacteæ* penetrent
in cauitatem receptaculi, siue substantiam;
quanquam oculis discernere nequeamus, dubi-
sari non debet, quia chylum admittit, quem-
admodum nec manifesta sunt ostia lactearum
in mesenterio.

Ita *Bartholinus* testatur se vidisse in duobus
cadaveribus humanis & animalibus. Ex ista de-
scriptione venarum lactearum ventris inferioris,
quam decerpsti ex *Bartholino*, hic planè diuer-
sus est à *Pecqueto*, qui constituit grande recep-
taculum membranosum, lacteas venas vndi-
que conuehere chylum ad istam cauitatem; nul-
lam mentionem facit glandularum, vel magnæ

de Venis & lacteis, &c. 5

glandulae ad hoc officium destinatae: *Pecquetus* nullas venas lacteas ad hepar pertingere asseverat, quam plures eò tendere videntur *Bartholinus*; *Higborum* sibi fauente adducit, &c alios Anatomicos oculatissimos.

An ridiculus ero, si istis duobus iuuenibus Anatomicis me interponam, & dicam istas venas lacteas esse propagines mesenterici rami, qui dum distribuitur chylus per istas venas, candide apparent, vbi vero chylus ad truncum Portæ peruenit, permistione sanguinis color albicans euaneat, atque ita ingreditur cauitatem hepatis, propterea non reperiuntur rami lactei ad hepar pertingentes. Nam *Bartholinus* fatur manifestas non esse venas lacteas, quæ ingrediuntur iecur; attamen alibi asseuerat se manifestas vidisse in Orbe pisce, & demonstrasse suis Collegis, quos nominat, atque credit tales reperiti in homine, & quadrupedibus. Nunc fudit relationi *Higbوري*, quia plutes dissecuit canes, & varias figuræ huius rei depinxit. Incertus fluitat hac in re; scribit enim venas lacteas ad glandulam medianam mesenterij perduetas instar capreolorum vitis implicari, inde partim ad hepar cum Portæ abire rectâ, partim ad Emulgentes, partim ad Cauam.

In ista contrarietate *Pecqueti* & *Bartholini*, produco meæ conjecturæ de venis lacteis, falso introductis & excogitatis, auctorem *Vesalius*, qui lib. 5. cap. 5. de mesenterio, notat: *ad mesenterij centrum, ubi prima sit vasorum mesentericorum distributio, grande corpus glandulosum exstruitur, insigniores ac primas vasera*

A iii

6

Io. Riolani Iudicium

dissectiones securè admodum sufficiens, in cani-
bus vasorum per mesenterium incessum adinue-
nire promptum est, quod illis macilentius, quam
homini obtigerit mesenterium, at in homine pra-
pingue est abdomen. Videtur Vesalius digito
designare istas venas lacteas in canibus manife-
stas, & in homine obscuras. Addit postea. *Porta*
propagines in intestina insertæ simul ad cremo-
ris trajectio[n]is & sanguinis enutriendis inte-
stinis idonei deductum subscrivere mibi videntur,
neque satis affequor, quid Galenus sibi velit,
quando intestinis, ipsique adeo mesenterio ve-
nas offerri testatur, in iecur non terminatas,
aut (ut alij vertunt) ad iecur non traiientes,
misi forte aliquæ venæ Cœa propagines in in-
testina disseminari iudicauerit, quamquam &
ille in iecur tandem vel ipsius sententiâ termi-
narentur, etiam si forsan cremorem ex intestinis
pecori non offerrent. Nonne Vesalius aliquate-
nus adumbravit istas venas lacteas: nam ista
lacuna, quam fingit Pecquetus, sita est sub illa
magna glandula, quam Pancreas vocat Asel-
lius, implexus venarum Mesaraïcarum est in ista
glandula; Venas reperiti notauit Galenus, quæ
non terminantur in hepar, illæ offerunt cremo-
rem ex intestinis, non hepati, sed Cœa: Attra-
men per venas Mesaraicas chylum deferri de-
ternit.

Pag. 33. Bartholinus venarum lactearum
mesenterij vsus tres assignat. Auctus homo nu-
mero partium, lacten.us imperfectus, perfectior
Anatome reddita, & functiones clariss elu-
gent. Quomodo potest esse homo auctus numero

de Venis lacteis, &c.

7

partium, si ex te priuatur hepatis functione, & pars sit ignava, ut quondam fuit Lien reputatus ab Erasistrato? Non potest esse perfectior Anatomie, si iecur reiiciatur, & funerata sit illa pars; functiones clarias non eluent, introductis istis lacteis imaginariis.

Secundus usus glandularum lacteum est, ut ex lacteis venis Mesenterij chylum excipiant aliquem, & breuiter preparatum ad thoracicas, aliasque partes protrudant. Id verum fateor, & quomodo fieri possit, exposui in nouo iudicio lactearum.

Tertius usus est, serum a chylo in leui illa preparatione, & expulsionis conatu separatum in adiacentes, vel renes exprimunt, vel emulgentes arterias, quibus ramos mittunt. Si in secundo usu à te proposito, vasa lactea mesenterica deferant chylum ad thoracica, & alias partes non possunt serum aliò deducere: at ex te serum, siue aqua limpida per vasalactea ad Cor defertur. Nunc Bartholinus inuenti noui multa commoda numerat. In diabete potus per istas venas lacteas in renes derivatur. Quomodo id fieri potest, cum ostia venarum lacteum in mesenterio ex te non pateant? quomodo potus vel serum permixtum chylo non evadit crassius? quomodo potus per longa intestinorum volumina penetrare potest, per istas exiles venulas, quae sunt spongiosæ in suo principio, si credimus Pecqueto? Videmus aquas metallicas, si deerent in intestina, per aluum excerni; breuior est via duplex: una per splenem, qui exsugit, trahitque, ex Aristotle & Hippocrate, ventri-

A iiiij

8 *Io. Riolani Iudicium*

culi superfluae humiditates , & arteria lienalis dederit ad renes. Altera via per venas Portæ inseratas ventriculo , quibus hepar , ex Vesalio , tenet nuiorem chyli portionem exsugit , quidni potum etiam elicit? Si potores egregij patem potus quantitatē reddunt per vrinas , liquor secum abripit chyllum , & fraudabitur hepar , simili que Cor chylo , si transeat porus quotidie per istas venas lacteas , & istud receptaculum constitutum à lacteis & musteis Anatomicis.

Fateor in quibusdam diu obseruatas fuisse vrinas lacteas , quæ habebant hypostasin similem puri , cum tamen essent sani , sine villa suspicione purulentī renis , vel abscessus alicuius supra renes , quod est notandum , & in abscessibus mesenterij , quos quidam imaginantur , quando vident tamē materiam albam per aluum excerni , etiam absque dolore præcedenti vel præsentī , abdominis. Infantium vrinæ ut plurimum sunt lacteæ , ab isto chylo effluente per vrinas. *Galenus Com ment. in prognost. Hippocratis* , notat interdum in vrinis & deiectionibus puriformem materiam reperiiri , cuius origo ignoratur.

Addit *Nephriticos lithontripticis statim sub inde leuari*. Impropiè loquitur , Nephritici non leuantur lithontripticis , sed magis excru ciantur : Calculosi putant , vel sperant lithontripticis calculum atteri & effringi posse , vel deturbari ; calculus potest dici Nephriticus , sed Nephriticus , variis de causis ita nuncupatur ; quibus nocent lithontriptica & diuretica ; non es in arte Medica multum versatus :

-----*Dico accendus ab hoc.*

de Venis lacteis, &c.

9

Color & odor medicamenti bausti traducitur per istas venas lacteas: nonne via breuior per Hepar, & Lienem? Non possum comprehendere quomodo crasse corpora deglutita possint per istas venas lacteas tam exiles, & oculis imperficias, deduci ad emulgentes, inde ad renes: nam per longitudinem intestinorum recta est via: quam habere possunt inclinationem ad penetrandum per istas venas lacteas?

Pag. 41. Patet præterea nobis iam oculatioribus, quomodo per diuretica hydrops sape terminetur, perque vrinas soluatur. Ratiō vel nunquam per diuretica etiam validissima soluitur hydrops ascites per vrinas: si aqua fluitet intra capacitatem abdominalis, quomodo potest resorberi? Sed qui diffusus est per habitum corporis humor in Anasarca, potest euacuari per vrinas, facile per aluum, interdum ascites per aluum exhaerit, vbi iecur adhuc robustum est: sed per quas vias aqua traducatur & expellatur vi medicamenti hydragogi, nondum explicatum.

Olim existimauit referatis viis mesenterij à venis mesenterium extrinsecus ambientibus, exsugi serum illud stagnans in Abdomine, vel lienem spongiosum absorbere, & expurgare per vrinas, tam per venas, quam arterias splenis; sed mihi succurrit via facilior & brevior: glandula illa magna, quæ est in centro mesenterij iuxta renes, potest ehibere & resorberi istas aquas, si viæ fuerint meabiles & liberæ, diligenter prius expurgato mesenterio, vel si rupta fuerit membrana mesenterij chylicondi, per eandem viam resorberi aquas vi trahentis medicamentis.

10 *Io. Riolani Iudicium*

orrhagogi. Atque ista obseruatio ad primum p̄cipit tuā obseruationi de *Venis lacteis*. Intērim addo, ubi fuetit *praruptus aquae mons*, pri-
mā dosi medicamenti orrhagogi, non est desi-
stendum ab illa euacuatione, continuato v̄su or-
rhagogōn quotidie, donec exhaustæ fuerint a-
qua, ne chylus ex alimento putrefactus vias me-
senterij denuo obturet, sistatque istud proflu-
uum, sed tum vberimē nutriendum corpus ex
illa immodica euacuatione debilitatum, cibis
euchymis, consummatis, expressis carnium,
lacte a finino copiosè nocturnis horis propinato,
ad viscerum humectationem: Atque ita mul-
tos hydropicos, Deo fauente, persanauit.

Pag. 43. Manifestè declaras te parum versatum in morbis mulierum, quando maximam lactis copiam, in puerperis per uterum & vesicam excretam, refers ad lacteos ductus ad uterum exporrectos. Id familiare est puerperis, & dicunt lac ē mammis profluere deorsum, sentiunt perfrigerationē in pectore & abdomine, ex lacte per venas rectorum musculorum abdominis delabente, liquorem glutinosum, lacteum, qui fluit in mulieribus instantे partu, putas manare ab ipsis tubulis lacteis, cūm sit mucus, aut pituitosus, aut oleaginosus, quem natura eō transmittit, ad partium istarum inunctionem & dilatationem.

Cur non dixisti etiam fluores albos mulierum curatu difficiles, ab ipsis tubulis lacteis emanare, qui referuntur ad feminis profluuum, vel humorum ē toto corpore decursum ad partes uterinas, quæ sunt per accidens emissaria, vel emun-

& totia corporis, quamvis destinata ad procreationem.

Pag. 46. Nunc lacteatum venarum propagines ad thoracem *Bartholinus* prosequitur. A supra receptaculi parte statim sub diaphragmate prodeunt in canibus nonnullis duo rami, sèpissim in quibusdam unicus, ut in oibus, in homine duntaxat unicus: In hoc tubulo valvula sunt potius deforis per ligaturam conspicua, quam oculis. Inseritur hic tubulus ad venam axillarem sinistram iuxta jugularē, interdum simplici ramo, interdum triplici, per exigua foramina, vel unicum, si unica sit insertio, statim ubi externa jugularis vena se in axillarem infundit, ubi unica tantum est insertio simplicis rami. Observauit in homine & canibus foramen esse oblongius, & valvulam mitralem, in axillaris cauitate foramini superpositam, quæ inhibet regressum chyli, sanguinisque ad inferiora, & ascensum eiusdem ad artus.

In ista descriptione multa noto contraria Pecqueto: ille duplēcē ramum constituit, *Bartholinus* tard id contingere assertit, sed sèpissim simplicem adesse, & in homine semper unicūm. Valuulas manifestas *Pecquetus* collocat in toto ductu canalis; *Bartholinus* obscuras & visu inaspectabiles. Insertionem tristidam fingit *Pecquetus*: raram esse tradit *Bartholinus*, sèpissim unicam reperiiri, foramini esse obtensam valvulam mitralem deprehendit *Bartholinus*, quæ inhibet regressum sanguinis ad inferiora, iuxta jugulares externas, venam lacteam inseri *Bartholinus* scripsit, & in sua figura secunda exprimit

§2 *Io. Riolani Iudicium*
 insertionem venæ lacteæ intra iugularem inter-
 nam apertam: littera N, notat valvulam istius
 venæ lacteæ: *Pecquetus* circa iugulares externas
 insertionem designauit.

Pag. 58. Ex subclavis, quorsum abeat chylus
si queras, ad corcum decurrente per circulatio-
nem sanguine. Quod probat Pecquetus, & eius
rationes profert Bartholinus, atque experimen-
tum suum adiunxit pag. 59. inflatâ venâ lacteâ
thoracicâ, vidit flatum peruenisse ad auriculam
dextram per ventriculos & pulmones, per ve-
nam arteriosam, quod miror, cum sit patentior
via flatibus per canalem directum & continuum
venæ Cavae ad iugulares & axillares, quam fle-
xuoso cursu descendere, & diuertere ad cor, cu-
ius ingressus non adeo facilis propter impedi-
menta, quæ reperiuntur in eius orificio dextro.
Sit ita, facile est id experiri, & credendum
Bartholino, qui in rebus Anatomicis veridicus
semper fuit, nec unquam, ut ipse de se testatur,
imposuit.

Nunc expendamus huius canalis lactei tho-
 racici utilitates in praxi Medica, quas adduxit &
 ex cogitauit.

Pag. 60. Restaurantia cordialia per eas ve-
nas ad cor eant, imò ad axillares venas, & po-
tiones vulnerarie ad cor & pulmones hæc vid.
 Ad hoc Conringij responsio mihi probabilior
 videretur, quam tamen refutauit Bartholinus. Si
 consideraret cor vicinum esse ventriculo, nec
 distare, nisi interuallo centri neruei diaphra-
 gmati, agnosceret cordalia calida spirituosa
 ad cor proximum peruenire, & è ventriculo per

venas portæ ad hepar & lienem distribui posse celeriter, absque ullo transitu per venas lacteas ad intestina, ab iis ad receptaculum, ab isto loco ascendere debent ad axillares, inde relabi ad cor. Deinde non semper apertæ sunt illæ viæ, quas imaginari, ut tu ipse vidisti in homine, aliquot horis ante strangulationem bene pasto, in quo lacteas venas, neque in ventre, neque in thorace inuenisti.


Pag. 63. Variorum affectuum generationem, facilem & expeditiorem nuper inventæ lacteæ thoracicae propalant, in primis consensu ventriculi cum corde iam manifestus est, nec ad nervos, amplius obscuras vias, & alia effugia configimus, quia patent manifestæ.

Nescit *Bartholinus*, cor contiguum esse ventriculo, quem contactu & calore suo fouet ex *Vesalio*, mediante centro nervoso diaphragmaticis: Ac proinde quæ recitat, dependent ab ista vicinia, ut sunt palpitaciones cordis post cibum copiosum, pulsuum mutationes sumpto cibo, mors inopinata, copioso cibo ingesto, quod accedit frequenter in Septentrionalibus regionibus, ex ingluwie & ebrietate subortâ apoplexiâ, vel syncope cardiaca. Sed miror istum experientissimum Medicum omisisse ex istis thoracicis venis effuso chylo putri, generati hydropem thoracis, vel pulmonum. Cuius quidem hydropis ortum reportunt à vitio hepatis, alij à labe pulmonum, alij à vitio Cordis, ut *Rondeletius*: atque ita confirmaret *Bartholinus*, actionem cordis ad chylificationem, & hydrocardiam inde generati in pericardio.

Pag. 68. Nunc querit an omnis chylus ad eum deferatur per istas venas lacteas, ut viri docti sensere cum Pecqueto, Mantellus & Mersennus. Vult ipsos amicè conciliate cum iis, qui contendunt chylum omnem ad hepar traduci: *Existimat hepar, & cor operas suas partiri, ita ut cor tantum fruatur chyli tenuiore portione, hepar crassorem chylum ad se rapiat:* si quidem asseuerat ad hepar venas lacteas quamplures, sed tenues deduci, quas ipse vidit ac demonstrauit, & Higborus accuratus scriptor, & in Anatomicis animalium bene versatus, sepe confinxit, ac depinxit. Ideoque fallitur Pecquetus, dum eas eximere conatur, ut suas venas lacteas mirabiliores reddat. Ipsum refutauit *pag. 70.*

Attamen Bartolinus fatetur *pag. 72.* Nemo haec tenus insertionem in homine inuenit, quamquam de illa dubitarit nemo. Demonstraui in *responsione ad Pecquetum, & contra Guiffartum,* chylum ad cor neutriquam deferri, ut in sanguinem mutetur. Easdem rationes produco aduersus illam portionem chyli, quam Bartolinus naturaliter quotidie deduci ad cor, per venas lacteas thoracicas asseuerat, quas ideo non repero.

Pag. 72. Ridiculus Bartolinus quum scribit, *Hepate male affecto in hydrope, aliisque morbis, ubi leditur sanguificatio, cor fungi officio hepatis ad sanguificationem.* Cur potius tribus cordi istud officium, quam leni, quem periti Anatomici & Medici agnoscunt vices hepatis supplere,



Hic articulus inconsideratè à te scriptus, destruit tuam doctrinam de *Venis lacteis*, dum contendis duas partes contraria conciliare: Nam ostendis utriusque semitæ difficultates ac tremoras ad traductionem chyli, propter vasorum exilitatem & angustiam, nec alterutrum sanguificandi organum recipere posse totum chylum: quis non rideat vanitatem istarum venarum lactearum ad hepar desinentium? si nequeant totum chylum ad hepar vicinum traducere, & necessum sit tenuiorem chyli portionem ascendere ad cor, quam non attrahit, quia non indiget, quum habeat sufficientem, & interdum vbetiorem per circulationem, sanguinem. Quo fine ad partes superas deuenchitur tenuior chyli portio? *An et cor citâ mutatione ad sui corporis restauracionem transformet, opinione Bartholini: ego Cor nutritur chylo.*

Si non attrahitur à corde, vt existimat *Pecquetus* (à quo semipedis intervallo canalis lacteus distat, dum ad axillares assurgit & inseritur) quo impulsore celeriter per exilem & angustum viam sursum agitatur? *Pecquetus vim attractricem repudiat, & aegris auribus admittit*: pulmo instar Anthliae, vel hydraulici instrumenti non potest attrahere istum chylum, quia nullam habet communionem cum ipsis venis lacteis, quæ sunt instratae & affixa dorso, superficiâ tunica plenâ, ita vt videantur extra capacitatem thoracis locatae; intestina incubentia mesenterio non possunt propellere, quia *Pecquetus illis denegauit motum, quem nunquam potuit observare*. Deinde in recto homine

ne procumbunt in hypogastrium; Non potest
secundum vicem pistilli subire, quia in recto corpo-
re id officium præstat nequit, neque in brutis,
quæ prona terram spectant.

Quis sanæ mentis credat, chylum impurum,
sepe biliosum ad axillares delatum relabi ad Cor,
& momento transire per dextrum Cordis Ven-
triculum in pulmones, inde in sinistrum, ut per
vniuersum corpus distribuatur, cum sanguine
arterioso?

Nonne sanguis iste redditur in Corde impu-
tior, illo sanguine, qui conficitur in Hepate ex
altera portione chyli, quia suis sordibus est de-
fæcata, quas retinet altera pottio, per Cordis
Ventriculos traducta. Quænam hæc confusio
sanguinis ab istis nouitiis Anatomicis introdu-
cta, qui Viuorum Anatomias delectantur. Apa-
ge istos Nouatores & Perturbatores Medicinæ,
quos omnes Academiæ, quæ veram Medicinam
colunt, & amplectuntur, à se suisque finibus ar-
cere deberent.

Pag. 81. Ex Bartholino. Ductuum thoraci-
corum angustiæ, imd exilia foraminula, quibus
patent in subclavias, nonnunquam unicum tan-
tum tenus valvula munitum facile à crasso chy-
lo rumpenda, demonstrant tenuorem chylum eò
deferrri.

Chylus igitur pulsare debet fores, ut ingre-
diatur, etli eius descensum impedit valvula
illa Mitralis: singulis momentis attollit debet,
ac deprimi, vel potius inutilis erit; atque si im-
pedit descensum chyli, deberet canalis ille sem-
per albescere, quum nequeat descendere san-

B

18 *Io. Riolani Iudicium*

guis ex doctrina circulationis: At omnes lacteui
Anatomici testantur, paulo post mortem animalis, colorem album evanescere, & Venas istas
lacteas thoracicas repleti sanguine, an ascen-
dente, vel descendente? Attamen, cum sint istae
Venae lacteae separatae a Mesentericis, ex eorum o-
pinione deberent semper albescere, & tales ap-
parere spectantium & timantium oculis.

*Pag. 31. Non defunt, que contrarium enin-
cunt, tenuem nempe chylum ad Hepat pergere,
ad Cor et sanguinem, nam Author libri quarti
de morbis, biliosa ab Hepate solum deduci con-
tendit.*

Credo te intelligere librum Spurium Hipp. de
Morbis, at nil tale in eo libro reperitur; scribit
ille Author bilis locum esse in Hepate, & tra-
hente ex Ventriculo, cum sint purgamenta mal-
sa sanguinex, atque inter humores hominem
ludentes bilem annumeravit; forsan hic error,
peccatum est memoriarum, ut in fine tui libri, dum
in Democriti spelunca scribis, *Deos innueniet
Sector. Discit ex Aristotele*, Heraclitum hoc
dixisse prætereuntibus, cum esset in casa furna-
ria, inuitaretque præterentes, ut ingredieren-
tur istud tuguriolum, *nam hoc Deum sunt*, ut
ostenderet ubique præsentem esse Deum.

*Pag. 20. Narrat Bartholinus se regni Da-
nia Cancellario, alisque generosis & Nobilissi-
mis Viris, Excellentissimis Medicis, & Ana-
tomicarum rerum peritiissimis, ad spectaculum
demonstrationis Venarum lactearum conuoca-
tis, istas Venas lacteas tam Mesenterij, quam
thoracis demonstrasse, in duobus cadaveribus*

*S*omnium strangulatorum: Ipsi nominatos viros interpellat pro testibus: attamen pag. 83. dum fideliter recitat, quid obseruauerit, nihil eis repræsentauit, nisi umbram istius miraculi; nam dissectus publicè infanticida, jentaculo copioso sex circiter horis ante strangulationem refectus, vinoque intermedia mora, in Ventriculo adhuc cibi chyligne crassi, tenuisque partem reconditam seruabat. Lactæ thoracice non ita conspicue, in illo glandule Vena lactea nonne plene chylo albo, & circa Hepar candidantes fibra, Mesenteriumque candidissimum referuntur. Alter fur eodem modo pastus, & largius potus nibil chyli ostendit nobis, siue in lacteis abdominis, siue thoracis, cum tamen valde sanus fuerit, & Ventriculum utroque chylo adhuc satis repletum haberet.

Pag. 18. Contrarium scribit, in primo cadauere, Lacteas thoracicas & Mesentericas chylos repletas inuenit: in altero ne chyli quidem in illis vasis vestigium. Debebas ista reticere, ne turpis fabula fias, nam cum intraueris, Dij Decaque, quorum tamen nibil in medio innentes, inquit Plinius. Ac proinde credo figuræ Bartholini in homine, ex eius imaginatione potius factas, quam ex subiecto corpore depictas, quia nihil tale vidit in istis duobus cadaueribus, qualia descripsit.

Pag. 90. Querit, an ad mammae lacteæ thoracice ferantur, ut eleganter disceptatum fuit ab erudito Medico D. Petro Guiffarto. Ille tamen dubius haeret, & addit, in femina pregnante & lactante post pastum dissecta, facile erit

B ij

20 *Io. Riolani Iudicium*

experimentum. Viderit ille suadere necem mulieris prægnantis, vel lactantis post partum. Abstineas quælo à tali & nefaria operatione: Debetas addere, *Post partum subito mortuæ & difectæ.* Ego verò dicam uno verbo, Veniam thoracicam lacteam ex te solitariam esse, atque sinistram reperiri in homine, qui mammas habet, non ad lactis procreationem, sed ad alios usus. Ergo tua perquisitio futilis & superflua, ut sunt plurima in tuo Tractatu, ut molem libri augreas, cuiusmodi sunt tot inanes historiæ, siue exempla historica ex Schenckio deponpta, quibus tuum librum referisti.



I O A N N I S R I O L A N I
I V D I C I V M N O V V M
D E V E N I S L A C T E I S .

Non equidem inuideo Bartholino eam felicitatem, quam se adeptum putat, cum Pecqueto, ut loquitur, mortalium felicissimo, ex sua historia Anatomica de *Venis lacteis*. Miror magis eius industriam, ac indefessum laborem in rimandis ac perscrutandis extis Viuentium animalium, ut aliquid noui inueniat, vel corum quæ vulgata sunt, tanquam noua, veritatem inquirat.

*Ac unum quodque paulatim protrahit etas
In medium, ratioque in luminis eruit auras.*
Quum igitur Bartholinus sedulò & curiosè oculatis manibus indagaret, quæ sunt animaduersa & descripta à Pecqueto, de *Venis lacteis*, tam in animalibus, quam in hominum cadaueribus, ante supplicium bene pastis ut decet, magnum discrimen deprehendit à scriptura & relatione Pecqueri; Nam istam lacunam, siue Receptaculum ab eo descriptum, non inuenit, sed eius loco magnam glandulam, quam vocat *A-sellus*, *Pancreas nouum*, & ei accumbentes

B iij

22 *Io. Riolani Iudicium*

glandulas chylo differtas: Istam glandulam magna eleganter à *Vesalio* descriptam *Pecquetus* exemit, nec extare voluit, vt suum receptaculum introduceret. Raro in brutis inuenit *Bartholinus*, duos tubulos lacteos ascendentess ad Venas subclaviae, sed unicum, atque in homine semper unicum adesse affirmat, eumque si pistrum: Totum chylum ad subclaviae ascende-re per istos canales asseuerat, & depinxit *Pecquetus*: contrà *Bartholinus* tantum dimidiam chyli partem tenuiorem, eò deferri contendit. *Pecquetus* prodidit nullas venulas ex lacteis ad Hepat extendi, quæ chylum deferant: At *Bartholinus* plures obseruauit Venæ Portæ truncum comitantes, quales *Higbormus* descripsit, ac depinxit: Proinde chyli alteram dimidiam partem ad Hepat transferti asseuerat, atque ita Cor & Hepat simul laborare ad confectionem sanguinis, & ad istud officium sibi mutuas tradere operas, & amicè consipitare.

Ego verò in ista obseruationum & opinio-num varietate & contrarietate, quæ rei proposi-tæ falsitatem arguit, meum Iudicium interpo-sui, idque iure ac merito meo, si æstimio Bar-tholini *Riolanus* est *Emeritus Anatomicus*, & *Veteranus*, sed instar illius *Vejanij*, apud Poëtam, nondum armis.

Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.
Nunc in arenam prodit, duellum inter duos iu-venes Anatomicos, eiusdem ætatis, musteos, & lacteos compositurus, vel meliorem doctrinam de ipsis Venis lacteis indicaturus.

Potest dubitari de veritate alienina rei, que-

ties eum incertis experimenta non consentiunt,
aut Quintilianus. Sed prius cupio septem pra-
cognita verissima sciri & notati ab Anatomico,
qui meas cogitationes attentè leget.

1. In primis admittendam esse circulationem
 sanguinis, siue *Hærcianam*, siue *Riolaneam*,
 ad conservationem humidi primigenij in Cor-
 de, & reliquis partibus infixi, & ad continua-
 tionem motus Cordis.

2. Truncum Venæ Cauæ à iugulis, vsque ad
 os sacrum directum esse, nullomodo in Hepate
 intercisum, quamuis sit proximus, illudque tan-
 gat.

3. Truncum admittere vnam, aut duas ve-
 nas ab Hepate longè minores trunco, quæ san-
 guinem ab Hepate haustum dēriuant in truncum
 Venæ Cauæ. Fuit id demonstratum à *Vesalio*,
in sua Anatome, lib. 3. & Riolano, lib. 3. An-
thropographia.

4. Dein istas duas venas posse obstrui in me-
 dio Hepate, vel in earum ostiis iuxta insertiones
 in truncum Cauæ, quia nullum viscus magis
 obstructionibus obnoxium, quam iecur, ex *Ga-*
leno.

5. Præterea, dari mutuas anastomoses Vena-
 rum & Arteriarum, atque etiam Venarum in-
 ter se, ut docuit *Galenus*, & post eum *Vesalius*,
 & primus *Hippocrates* indicauit.

6. Insuper Venam Portam & Cauam per an-
 astomoses inter se communicare; quod voluit
Galenus, & prodidit 6. de locis affectis, cap. 4.

7. Postremò, chyli tenuiorem portionem
 per Venas trunci Portæ, & rami splenici, qui
 B. iiiij

24 *Io. Riolani Iudicium*

in Ventriculum inferuntur, ab Hepate trahi & exsugi, priusquam e Ventriculo descendat chylus in intestina, ne desit alimentum Hepati interdum egeno & famelico, quod fuit notatum à *Vesalio, cap. de Ventriculo*, cuius authoritas debet esse magni ponderis, in Medicina rebusque Anatomicis.

At dicet aliquis, nihil tale obseruorum ab aliis Anatomicis, nec istæ Venæ chylo referre apparuere. Respondeo, quia partes istas non investigatunt in mortuis, paulò post pastum largiorem dissectis: Si contingat totum Mesenterium fieri scirrhosum, ut in Steatomate vniuersali fuit sèpius obseruatum, absque Diarrhœa chylosa, Venis Mesentericis, sive lacteis tunc penitus obstructis, necessum est chylum per alias vias adduci ad Hepar; at non potest per alias, quam per Venas, quæ ab Hepate in Ventriculum feruntur, tumque non tantum tenuior chyli portio, sed etiam crassior elicetur.

His positis terminis, vel hypothesibus veris: Nunc meam sententiam super istis Venis lacteis aperiam. Laudo labores *Astellij, Vallæi, Conringij, Pecqueti & Bartholini*, in Venarum lactearum indagatione: sed eorum pace dixerim, verum usum earum non sunt assequuti. Nam inter eos retum est discolor usus. Non diffiteor venas illas lacteas, certis temporibus exstate conspicuas, tam Mesentericas, quam thoracicas, sed esse propagines trunci Mesenterici sustineo, quia tribus aut quatuor horis à pastu incipiunt manifestari, dum turgent chylo, quem deuehunt ad Hepar: Aliæ Venæ lacteæ,

quæ inseruntur in Cauæ truncum Emulgentes, & ad subclavias ascendunt, sunt eiusdem trunci Mesenterici soboles. Nam quandiu opus chylificationis absolutur, Venæ omnes Mesentericæ quotquot reperiuntur, chylo distenduntur, qui rapitur ab Hepate, per Venas Mesentericas, tanquam hirudines affixas intestinis, simulque diffunditur chylus in propagines eiusdem rami Mesenterici, quocumque extenditur. Peracto isto distributionis chyli opere, evanescunt Venæ lacteæ, nec alio tempore comparant, quia sanguis redit ad illas Venas vacuas, qui antea reppulsi fuerat, ac reuulsus versus suos fontes, durante illa tractione chyli. Idcirco extincta animalietiam bene pasto, nisi celeriter conspiciantur, vi attractrice Hepatis pereunte, relabitur sanguis in illas Venas Mesentericæ.

Huius rei experimentum facio & produco. Si truncus Mesentericus exsuffletur paulò post mortem hominis adhuc calens, Venæ lacteæ distenduntur, manifesto indicio ipsas cum Venis Mesentericis Portæ communicare, vel potius easdem esse ipsas Mesentericas. Tentanda etiam per exsufflationem distensio Venarum lactearum thoraciarum, in eas introductâ tenui fistulâ: quod si Venæ lacteæ ubique non surgescant, an ideo separatae à Mesentericis, exploranda erit adhuc exsuffratio in vacuis Venis lacteis?

Si quis obiiciat, neque in trunco Venæ Portæ, neque in trunco Mesenterico lacteus liquor apparet, forsan quia ab ipsis scrutatoribus partes istae non fuere investigatae, si non conspiciantur in ipsis locis, qui sunt lati & ampli, ibi incipit tubescere chylus.

26 *Io. Riolani Iudicium*

Nónne confessione Medicorum & Anatomi-
corum , Venæ Portæ rami proximi sanguificant
aut faltem in illis Hepati vicinis rudimentum
sanguinis chylus adipiscitur, aut tincturam ? ita
ut chyli color oblitecat , nec amplius compa-
reat : Ideoque cùm non potuerunt deprehende-
re continuatatem chyli albescens , in trunco
Mesenterico , & trunco Venæ Portæ , inde chy-
lum ad Hepar non deferri existimârunt.

Maior nunc difficultas exsurgit , de illis pro-
paginibus rami Mesenterici , quæ in Cauam &
thoracem distribuuntur. Ad hæc respondet *Riolanus* : Chylus turgescens inta Mesenterij va-
scula , quoquouersum diffunditur , vbi pertin-
gunt eius ramuli , quemadmodum mare turge-
scens in suo fluxu , per loca expanditur , quæ re-
fluum postea deserit , sic chylus omnes propa-
gines Mesentericorum ramorum inundat , vbi
maior portio ad Hepar confluit , sanguis ab He-
pate in Venas Mesaraïcas relabitur : quod si Ve-
na lactea essent separata à Venis Mesaraïcis , de-
berent etiam chylo depletæ , vacuæ & exangues
remanere : at illæ chylo priuatæ , confestim re-
plentur sanguine , ergo communionem habent
cum Mesaraïcis , vel sunt ipsæ Mesaraïcæ .

An satius esset dicere , ex Mesaraïcis quasdam
esse destinatas chylo , quem deuehunt ad Hepar ,
vacuas & exangues chylo exhaustas remanere ,
quia sanguinis descensum inhibent valuulæ ,
quas fingunt adesse frequentes in Venis lacteis ,
& primus proposuit *Columbus in sua Anato-
mie* , vel Mesentericis adscripsit .

Instabit aliquis ; nulla necessitas chyli in Ca-

ua inferiore prope renes, & in Cava superiore iuxta subclavias, nisi admittatur chyli anadosis ad Cor. Imò, magna naturæ prouidentiâ isti rami Mesenterici ad ista loca extenduntur, & communicant, vt in omnimoda obstruktione canalis Hepatici, qui transmittit sanguinem in truncum Venæ Cavae proximum Hepati, sanguis Portæ, (quæ sola tum fungitur officio Cavae ad distributionem sanguinis) suppeditet sanguinem Cavae, tam in abdomen, quam thorace ad replendam Cavam, quæ tum non amplius recipit sanguinem immediatè ab Hepate, sed interueniu Portæ, atque ita sanguis traductus in Cavam inferiorem ad Cor defertur, vt materiam suppeditet sanguini arterioso conficiendo.

Si quæras, cur ramus ille Mesentericus ascendet ad subclavias. Respondeo, vt præbeat sanguinem partibus superioribus in illa obstruktione Hepatis commemoratâ, quæ fraudatentur isto pabulo, quoniam in ascensu suo per truncum Cavae, sanguis à Corde famelico prætiperetur, & deorsum descendet, contra doctrinam Circulationis.

Siqueras, cur chyloturgidæ reperiuntur iste Venæ lacteæ thoracicæ, quia sunt propagines, vt dixi, rami Mesenterici, nec chylus ibi profus inutilis, propter causas à me commemoratas in refensione ad Pecquetum, pag. 187. & pag. 369.

Itaque magnâ naturæ prouidentiâ communicaunt inter se Vena Cava & Vena Portæ, per multas anastomoses Venarum, quas Hippocrates & Galenus agnouerunt, vt si forsan functio-

Hepatis prorsus aboleretur, possit Lien eius officio fungi, per easdem propagines Portæ, sanguinem distibuent Venæ Cauæ, vel ipsemet chylus per easdem propagines directè feratur ad Cor, ad sanguificationem, adeo fuit sollicita Natura de conseruatione hominis, vel si mauis, animalis in sua specie.

Notabilis est apud Vesaliū textus, cap. de Mesenterio, deramis Venæ Cauæ, quos Omento & Mesenterio distribui Galenus cedidit; dum à me, inquit Vesalius, in dissectionibus future expetiti, respondi eiusmodi propagines me adhuc latere. Debemus hoc curiosis oculis & manibus Anatomicorum Aselli, Vallæi, Conringij, Pecqueti, & Bartholini, quibus gratias ago in ea ætate prouecta & infirma, quæ non mihi permittit nunc istos labores Anatomicos sedulò agitare, vt olim feci; Attamen non minus agit, qui ad clavum sedet in mari gubernator, quam qui malos scandunt, & qui per foros cursitant, ait Tullius, lib. de Senectute. Imò multò maiora & meliora facit autoritate & consilio. Ita seniores Medici in artis operibus longo vsu & exercitatione versati, rectius sapient, & iudicant de alienis laboribus, quam iuiores & inexercitati gloriae & laudum audi auctipes, in re leuissima ex Musca elephantem faciunt.

Portò, vt Medicum usum nouarum Venarum lactearum exponam, obseruabis per istas propagines Venæ Portæ communicantes cum Cava, Pus empycorum interdum per aluum excerni, de qua viâ fuit dubitatum apud Authores anti-

quos & recentiores. Difficultatem istam enodavi in *Anthropographia*, cap. de *Pulmonibus*.

Si laxiores sint iste Venæ lacteæ Mesentericæ, serum chyli, vel ipsem chylus potest per vrinas, & per vterum expurgari, inde fluores albivterini diuturni, & curatu difficillimi, absque villa actimonia & ferore, qui vel gonorrhœæ simpli tribuuntur, vel humoribus pituitosis è toto corpore ad vterum confluentibus. Propterea si mulieres fluentibus istis humoribus lacteis concipiunt & pariant, certum est non à partibus genitalibus istud vitium manare: sed à laxitate istarum Venarum lactearum Portæ, ac proinde potionibus adstringentibus, & aquis mineralibus vtendum esse, & fomentis adstringentibus ad partes lumbares adhibitis, non omissis generalibus remedii, quæ præmitti debent, & sanguis iterari.

Si lacteus humor putiformis in defectionibus obseruatur, nullo dolore colico progreso, sine febre, ad fluxum istius lactei chyli putris in intestina regurgitantis causa referri debet: Sivrinæ lacteæ reddantur, vel habeant hypostasim latæam putiformem, nullo præcedente dolore in visceribus, & renibus, sine villa suspicione ulceris in istis partibus, suspicari licet lacteum esse chylum effusum in emulgentes. Qui detractus fuerit sanguis, si lacteus appareat, ne putas semper à putredine summa vitium istud genitum in Hepate, sed ab isto chylo deerrante in Venas brachij, vel pedis, vel propter Venæ sectionem copiosam tandem attracto. Non inficior tamen

30 *Io. Riolani Iudicium*

à corruptione summa sanguinis id enasci in febribus malignis, ex doctrina Galeni, sed conditio morbi, vel febris discrimen istud iudicabit.

Iudicium istud nouum, quod nunc propono de *Venis lacteis*, non destruit, quas attuli conjecturas in responsione ad *Pecquetum*, & possunt simul stare, quia istae communicationes vasorum inter Cauam & Portam locum habent, dumtaxat, in casu necessitatis. Itaque disquisitio de *Venis lacteis*, non est inutilis, sed maximi momenti in Medicina: nam si sint separatae à Venis Mesentericis, considerari debent tanquam causæ, & sedes morborum, vel scotsim, vel simul cum Venis Mesentericis sunt diuersorum alii fluxuum causæ, ut demonstravi in *responsione ad Valerium*, pag. 608. & in *Encheiridio Anatomico*, cap. de *Ventriculo*.

Quod si Venæ lacteæ sint propagines tam Mesenterici, nec eatum cognitio & indigatio erit infructuosa, nam docebit tempus coctionis alimentorum in *Ventriculo*, & chyli distribuendi tempus, usque ad *Hepat*, ut inde discamus tempus idoneum sumendo cathartico, eoque sumpto, quo tempore alimentum dari debeat, ne chylus deorsum raptus, vel in Venas Mesentericas, sive lacteas intrusus sistat, aut retardet effectum medicamenti. Inde discimus, an liceat alimentis admiscere purgantia, & an satius fuerit mane duas dosespungantes exhibere, interposito spatio trium vel quatuor horarum, quam hotis quatuor à pastu, alteram dosim exhibere. Quomodo, quibusque viis feratur ac distribua-

tur medicamentum ad Iecur, Lienem, & alias partes dissitas. Quomodo Lienis evacuationes directæ fiant, criticæ, salutares, sanguine fluente per narem sinistram, interuentu rami istius latetæ sinistri, qui iungitur iugulari externæ, & Lienis affecti depositiones in crura & tibias, per anastomoses Venæ Portæ cum Cauæ inferioris trunco.

Istam communionem Vasorum superiorum notam, vel adumbratam fuisse Hippocrati, licet colligere, ex fine libri de Natura Æsimis. Vena ex sinistris emergens in Hepatis non se ingredit, sed in Splenum inseritur iuxta caput, quod in crassitudine ipsius consistit, inde verò internas Splenis partes subit, ipsasque venulis sanguinolentis instar aranearum telæ intertextit: hic verò totus ex omento elevatur, venulis ex seipso sanguine plenum reddens. Notate graphice descriptum esse Venæ Portæ ramum splenicum, quem accipere oportet pro Vena Porta. Subiungit.


Quæ verò à capite splenis ad Spine accidunt, per septum transuersum penetrant, inde sursum, & dextra & sinistra sub Pulmonem extenduntur: Quæ autem sanguine plena sunt, sub ipsum & in ipsum corrinantur, que paucæ sunt sanguinis & tenues à Pulmone intra sinus procedentes, qui naturâ rarus existit, utpote ab ipso emulcet in Cor frangantur circa auriculas ipsius, & in cavitates internæ diffundant. Aliquis hoc interpretaretur de chyli delatione ad Cor, per Venas à Porta traductas, & ad thoracem ascendentes, ut proditum est ab Hippocrate.

Claudam hunc tractatum liberâ & ingenuâ confessione de meo sensu, qualis fuerit olim & nunc circa Venas lacteas. Semper existimauit cum Galeno, & recentioribus Anatomicis Vesalio, & Fallopio, chylum in intestina delapsum à Venis Mesentericis per Mesenterium dispersis, & intestino affixis exsugi, ac deferri ad Hepar; Venas istas cum Mesenterio dictas fuisse lacteas à candore lactis; Mesenterium lactes, ut Onomasticum Græcum interpretatur; Vbi autem fuit editus liber Asellij de *Venis lacteis*, non potui mutare sententiam, & noua hęc vasa lactea admittere separata à Venis Mesentericis, quum scirem istas venas posse & vehere chylum ad Hepar, & inde sanguinem reuehere ad intestinorum nutritionem. Quum vero animaduersti in epistolis Valeri, & in libro Conringij de *mota sanguinis*, Venas lacteas communicari trunco & tubulis Venæ Cavae, id mihi suspicionem iniecit synanastomosis Venæ Portæ cum Cava, quam constituit Galenus. Verum vbi Pecqueti surculus, soboles Mesenterici rami, ex suo receptaculo enatus, & ascendens ad subclavias Venas mihi innotuit, tunc non amplius dubitavi de ista Vnione, & synanastomosi Venæ Cavae cum Porta, & occasionem dedit huic novo iudicio, quod nunc audacter prouincio. Quum animaduertam istud mysterium Naturę determinatum fuisse à Vesalio, quem nunc intelligo, olim à me repudiatum; scilicet in centro Mesenterij appositam esse magnam glandulam, & si tam inter duos renes, vbi prima fuit vasorum distributio. Et cap. de Intestinis, *Vasa Mesenterica*

ſenterica quemadmodum in duodeno, ſecundum
Jejuni & Ilei longitudinem non dederuntur.
ſed velut ex Mesenterij centro, ex alto ſursum
tendunt, rectaque antrorum in intestina per-
tingunt, in qua numeroſa ſobole, arboris radicum
modo implantantur, oculis ſuis in internam in-
tēſinorum ſedem hiantia. Nonne hic Vesalius
depingit in iſta magna glandula, quam Afellius
nouum Pancreas vocat, receptaculum chyli A-
fellij & Pecqueti? Ab iſta glandula Mesenteri-
cus ramus chylum vndique corriuatum dedit
ad Hepar; In trunko rami Mesenterici & Portæ
chylus incipit rubescere, ex permixtione san-
guinis: Nec aliis truncis eſt inquirendus Vena-
rum lactearum. Propterea ineptæ ſunt iſta fi-
brillæ, quas depingit Higbmorus, trunicum Ve-
nae Portæ amplexantes, & ad verum Pancreas
pertinentes, quibus fauet Bartholinus, ut eas
reddat lymphaticas. Atque ita compono omnes
Anatomicorum de Venis lacteis diſſenſiones.
Picturę Vesalij decima quinta libri & vnde-
cima diligenter impianiantur, & expendantur.

FINIS.

C



LYMPHATICA
ANATOMICA
THOMÆ BARTHOLINI,
Refutata à IOANNE RIOLANO.

RUDITISSIME D. Bartholine, cui Libri de Vasis Lymphaticis dedicatio meo Nōmini honorificè inscripta, me anxium, tibi que deuinctum detinet. Nescio enim quò me vertam, eloquar, an sileam? nam si in gratiarum actione & approbatione Libri consistam, quæ duo exigit à me Inscriptio facta Riolano, maximo Orbis, & Urbis Parisensis Anatomico, id risum mouebit sapientibus, nec absque adulacione præstare quo, quod moribus meis aduersatur: si conticescam, silentium reputabitur pro ignorantia & obliuione rei Anatomicæ, aut ingenij hebetudine in hac ætate prouecta: cùm tamen pet Dei misericordiam,

----- non tarda senectus

Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
Quare si Bartholinus nullum agnoscit in rebus Anatomicis, me Veterano doctiorem, vel incensandis rigidorem, offertque mibi pagellæ

de Vasis Lymphaticis, &c. 35

Suas legendas sine inuidia, videtur ille me inuitare, ac prouocare ad examen sui Libri, quod tamen modestè faciam & sine inuidia:

Iam fractus senio, blandisq; modestior annis. Hac in te sequutus est consilium Galeni, lib. de cognoscendis & curandis animi morbis. Viri probi cuiquam permittere debent, ut de suis rebus cognoscant, & iudicent: nec quoslibet huic negotio præficiendos esse, censet Galenus, sed seniores in rebus humanis bene versatos, qui sine ullo affectu sincere iudicent; Nec aduersus istos homines, quoties aliquod nostrum peccatum notarint, indignari, & molestè ferre, sed potius eis gratias agere conuenit. Id speramus ex humanitate Bartholini. Propterea non potuisses, amicum acclamare maiorem, quam Riolanum, qui tuæ Anatomiæ reformanda occasionem dedit, dum tuos errores Anatomicos modestè demonstrauit, quos tacite correxisti, indicaturus alios, grauiores quos in hac postremâ reformatâ annotauit, vt in quarta editione correctior tandem prodeat in lucem. Utinam talem amicum & censem forem nactus fuisse, quem non recusabat Apelles in suis picturis. Vallæus, & Hornius tui amici Leydenses Medici & Anatomici, non rale officium amicitiæ tibi præstitero, dum editionis curam suscepserunt. Idcirco, si mihi succenseas, & irascaris, dicam cum Terentio:

*Obsequium amicos, veritas odium parte.
Lubenter fateor, non posse satis laudari tuum indefissum studium, & accuratum scrutinium Anatomicum, dum assiduè vacas & incumbis rebus Anatomicis rimandis:*

C ij

Ecce dñmque reclusis,

*Pectoribus inhibans, spirantia consuls exta,
Vt in viuentium animalium euisceratione ali-
quid noui repertas. Neque tuus est inanis ac in-
utilis labor; Nam primus venas lacteas thora-
cicas in hominum cadaveribus deprehendisti, &
de ea te Librum edidisti: primus rasa Lympba-
tica detecti, res*

*Magna, nec ingenii inuestigata priorum,
Quæque diu latnerat.*

Fateor me in ea ætate prouecta, quam sum per
Dei gratiam assequutus, viuentium animalium
sectiones deseruisse propter operis difficultatem;
tamen me prouocas ad istud examen his ver-
bis, *de natura si dubitas, ipsam quæso limato
cultro excute, &*

*Accipe mirandum, nouitate mouere facti,
Aperto thorace & ventre, non opus est limato
cultro, sed vngibus ad partium diuulsionem.*

Malo tibi credere, & alijs hunc laborem re-
linquere, quæm me inutiliter torquere, & exer-
cere in anatome viuentium animalium. Pro tot
laboribus, quos suscipis ad inquitenda & reue-
landa Naturæ secreta mysteria, cuius es Amasius,
instar Endymionis Lunæ; repono tibi, pro re-
muneratione, prudens monitum consolatorium
*Seneca, cap. 32. libri De Vita beata: Cur osum
nobis natura ingenium dedit, & artis sibi ac
pulchritudinis sua conscientia, spectatores genuit,
perditura sui fructum si tam magna, tam clara,
tam subtiliter ducta solidiudini ostenderet; bac
qui contemplatur, quid Deo praestat? Ne tanta
eius operas in te feste sint. Verco, ne Bartholinus*

mihi exprobret, quod in favorem Endymionis, scripsit Plinius. Non sumus profecto grati erga Eos, qui labore curaque suâ lucem nobis in hac luce aperuerunt. Vel cum Seneca, iure dicere posset; Omnem operam dedi, ut me multitudini educerem; & aliqua dote me notabilem facerem, quid aliud quam telis me opposui, & malevolentiae?

Pro testibus tui inuenti producis summi Doctoris Olai Vermij applaudsum, cur alios Doctores & Professores, ac Regios Medicos non adhibuisti, ad huius rei fidem certiorem, quos tam adduxisti in contemplatione venarum Lactearum in Oribepisce, & in venis Lacteis Thoracicis; Nam Olaus Vermius tuus est cognatus, ob id tibi ab blanditur, ideoque suspectus esse potest; sed tibi credendum & Lysero tuo Discipulo, quia necis mentiri. Attamen qui semel in notabili mendacio deprehensus fuit, semper presumitur mendax, nec amplius fidem meretur.

Præter innumeras imposturas, quas affingis Riolano, in tua *Anatomia reformata* postremæ Editionis, duo notabilia mendacia declarabo. Primum est pag. 66. Scripserat Bartholinus in sua *Anatome*, *Editionis secundæ*, cap. de *Ventriculo*, ipsum in fæminis minorem esse, quam in viris: Reposuit Riolanus eiusdem esse magnitudinis, quia mulieres sunt viris voracious, ex Aristotle; ideoque iejuno intestino carere prodidit, quia semper illis intestina plena, nulla vacua, propter assiduas comedationes. Bartholinus voluit in *Anatome reformata*, ex-

C iii

38 *Io. Riolani Iudicium*
cusare feminas aduersus Aristotelem; &c cap. de
Intestinis, articulo de ieiuno, irridet *Riolanum*,
qui deficere in feminis ieiunum falso afferit, ab
illis deceptum, qui vel vitio oculorum non vide-
runt, vel repletum pro ieiuno non habuerunt.

Attamen *Riolanus* diserte scripsit, pag. 176.
Sue Anthropographia. Falsum est mulieres ca-
rere ieiuno intestino, etiam si traditum ab Ari-
stotele, nisi propter earum edacitatem & inglu-
uiem, nullum in eis dari vacuum intestinum
crediderit. En sublesta fides, vel potius scelestă
Bartholini, qui ubique querit in sua *Anatome*
reformata, occasionem carpendi *Riolanum*, nec
villam potest inuenire, nisi malitiosè fingat im-
posturas.

Riolanus qui quinquaginta annis agitauit,
ac demonstrauit Anatomica publicè, semper
trecentis, vel quadringentis auditoribus & spe-
ctatoribus stipatus, in cadaueribus plusquam
centenis, ætatis sua anno 68. ignorauit ieiunum
intestinum? Quis postea fidem adhibebit men-
daciis & imposturis *Bartholini*, quum in re tam
absurda & falsissima mentiti ausus fuerit. Non
potui commotam bilem compescere,

----- *Exclamat Melicerta perisse*
Frontem de rebus.

Alterum mendacium extat pag. 154. dum ex-
plicat vasa spermatica præparantia in mulieri-
bus, lin. 24. vbi incipit trifidus ramus, sex li-
neas sequentes ex *Riolano* transcriptus, atque ut
suum plagium tegeret, subiunxit, de quibus vi-
deantur *Zerbus*, *Fallopia Platerus*, alijque,
qui *Riolano* mihi que viam monstrarunt.

Zerbus est Anatomicus barbarus, & improbus, quem in moribus & in re Anatomica passim sugillat ac reprehendit *Carpus*. Huius liber Anatomicus litteris Gothicis editus vix prostat, tanquam exoletus & neglectus. *Fallopianus* & *Platerus* nihil tale scriperunt.

Quām versipellis est *Bartholinus*, vt suum furtum excusat, & gloriam huius inuenti *Riolano* p̄cipiat, qui primus eā de re scripsit.

Vides, *Bartholine*, me non posse adulari & fraudulenter tecum agere, ideōque tuum libellum legi sine inuidia. Cur tibi inuidorem de nūgis Anatomicis scribenti, putā de *Vasis Lymphaticis* nuper *Hafnia* in *animantibus*, scilicet canibus inuentis, & de *Hepatis* exsequijs valdē ridiculis. Ne putas me tibi iniuriam facere in reprehensione huius inscriptionis, consule *articulum 4. Exercitationis 101. Scaligeri aduersus Cardanum*. Cae, ne amplius dicas *vinum Lymphatum*; memini mibi præceptores meos, viros exactissimæ in benedicendo diligentia, ferulam minitari: si *vinum amentia* disimularem, quod esset aqua temperatum, nam meracum iugum efficit, dilutum vero sapientes, solli indocti Grammatici *vinum bibunt Lymphatum*. Inde collige, quid sentiendum de isto titulo.

In animantibus scribis inueniri *vasa lymphatica*, & dumtaxat canes dissecuisti; cur *vasa lactea* sint euidentiora in canibus, disces ex *Vesalio*, lib. 5. c. 6. *In canibus* ut *vasorum* per mesenterium incessum ad inuenire promptum est, ita contra ambæ Mesenterii mēbranæ in iisdem difficulter expenduntur quod illis macilenter, quām homini ob-

C iiii

40 *Io. Riolani Iudicium*

*zigerit mesenterium : in homine binæ mesenteriæ
membrane inuenta sunt perquam faciles, quia
multa intercedente pinguedine, inuicem distant,
ad mesenterij centrum ubi prima sit vasorum
distributio (lactearum) grande corpus glandosum
exstribuit (receptaculum Pecqueti) insigniores
ac primas vasorum dissectiones secure admodum
sufficiens. Vides, ex Vesalio, vasa Lymphati-
ca, quia mesenterica, id est per mesenterium
sparsa sunt, evidentiora in canibus : Cur in aliis
animantibus, vitulis, agnis, ovinis, id non ex-
plorasti? Ideoque possem obijcere istam aquam
in canibus solis repetiri, ad humectationem cor-
dis, totiusque corporis, ut impedit, & auertat
rabiem, cui sunt obnoxii canes : & cum sit ani-
mal domesticum canis, ad solatium, auxilium, &
custodiam atque venationem ferarum assiduo
& continuato cursu per sex septemvrae horas, Ho-
mini concessus, Natura huic perniciose moibo
auertendo prouidit, istarum aquarum genera-
tione, defectu aquæ potabilis: Adde quod, cer-
tis animantibus quædam, ex te pag. 29. Natura
concessit, quæ denegavit homini. Forsan Ani-
malia hunc habent roridum humorum ad refri-
gerium, quia nequeunt, cum sitiunt, potare, ut
homo.*

*Noli amplius gloriari de ipsis vasis Lymphati-
cis : hæc in te tibi præluxit & præiuit Higmorus,
Anglus, qui ad venas Lacteas perquirendas in
Hepate, & motum pulmonum inuestigandum,
museum insudauit, usque ad extirpationem pe-
nitentias speciei canum, quibus in viuorum dis-
sectionibus semper usus est, pag. 184. At ille*

de Vasibus Lymphaticis, &c. 4^t
tab. 2. & 3. vasa Lactea innumera Hepati adnata, & annulatim more capreolorum vasis circa
Porta truncum contorta describit ac depingit,
Hepati ac Mesenterio r̄trimque affixa : Tu
non Lactea, / ed aqua esse contendis, nec huius
inuenti Authorem, vel participem facis Hig-
morum. Atque ut id dissimiles & occulteres,
vasa hæc Lactea, aliter depingis & describis,
alterique officio destinas : Hepati renuncias, &
tanquam Viscus ignavum, è principatu corpo-
ris deturbas, immemor tui libelli de Venis La-
ceti Thoracicis, & tuæ doctrinae Anatomicæ,
quæ continetur cap. de Iecore, & libello de
Venis.

Pag. 10. Vidisti Vasa hæc varüs cum Porta
annulis connexa, inque eius quasi tunicae im-
mersa. Nonne eadem fuit opinio Higmori ?
Tandem post varia experimenta tale iudicium
profers.

Pap. 19. Venas Lymphaticas pro Lacteis ha-
bitenus reputatas, ex Hepate liquorem expor-
tare, nihil hæc via inferre, quod de Lacteis an-
tea credidisti, & circa Hepar hæc vasa sem-
per magis esse conspicua, quād in artubus, pag.
20. cap. 1. Doces abundare serosis humoribus
corpus nostrum. de quibus Authores Medici
Anatomici scripsere : At de lympha pura al-
tum hætenus silentium, ea tamen non minus,
quād alij serosi humores necessaria est ad corpo-
ris complementum & usum necessarium despi-
nanda erat. Ergo ut corpus humanum sit per-
fectum & completum, hæc aqua necessaria est,
& reponi debet inter humores, qui nostrum cor-

42 *To. Riolani Iudicium*

pus componunt. Hoc inuentum tibi deberi pa-
sim afferis, & ea de re superbè gloriatis, fermè
in omnibus paginis tui libelli, instar Archime-
dis, *Opusq.* Nec amplius dicas, ab ostentatione
semper fui alienissimus, rerum mortalium sa-
tur & contemptor. Neminem adhuc vidi glo-
riæ & laudum audiorem; nec aliud personant
tua scripta Anatomica, quam tuas inventiones
nouas Anatomicas.

Verissimè scribis, in *Daniam Africa migra-*
wit, quia quotannis *Hafniæ* noua monstra in
rebus Anatomicis parit *Bartholinus*, tandem-
que instar noui *Promethei*, nouum hominem
finget & fabricabit.

Pag. 21. cap. 4. Laudo quæ scripsisti, mi-
nor est inuenti gloria, nisi ad omnia animan-
tium genera diffundatur. Quare tuum inuentum
non explorasti in aliis animalibus, bobus, vitu-
lis, suibus, agnis, ouibus, leporibus, quæ quotidie
mactantur à laniis, ad nutritionem hominum?
Ergo tuum inuentum inane ac inutile, nisi re-
periatur in aliis animantibus, & in homine: cui
bono ista perquisitio?

Pag. 23. Postquam in brutis primùm tibi
visa fuere ista vasa, quinque vel sex cadavera
humana sectionibꝫ tuis patuerunt, in quibus
oculatissimā diligentia nibil aquosum potuisti
distinguere, aut vasa sive in artibus, sive in
visceribus resplendentia, quemadmodum in
brutis. Ergo ingenuè fateris non reperiri in ho-
mine, ne quidem eorum vestigium superesset.

Pag. 24. Cur in homine mortuo non repe-
riantur, varias causas adducis; In primis quod

de Vasis Lymphaticis, &c. 43

non licet humana oculauera viuentia aperire;
attamen Laetæa supersunt & conspicuntur. Re-
spondet, quia illis tunica robustior & amplior
vasis capacitas. Verum tibi contrarius, pag. 20.
scribis, Venulae Laetæa in Mesenterio multò
sunt minores, aquose iuxta Hepar crassio-
res.

Pag. 26. Aquose vena tenuissimis vestiun-
tur membranulis, telis aranearum similibus,
que evanescunt liquore translucente in totum
evanescunt; sunt verò in homine (si sunt) muscu-
losis artuum anfractibus ita immersæ, ut facile
comprimantur. Ergo ex tua confessione non
sunt in homine venæ Lymphaticæ aspectabiles,
atque dubitas an existant.

Pag. 28. Nōnne risum mouebis doctis &
sapientibus Medicis, dum scribis: Sunt fateor
in brutis particula, quas homini Natura inui-
dit, in quo censu numeramus musculum oculi se-
ptimum, os triangulare occipitis, ceci intestini
amplitudinem, osis coccygis prolixitatem, pan-
niculi carnositatem, uteri cellulas, mammarum
vertatem, tunicam allantoidem, & alia in
Anatome occurrentia. Cur non addis cornua,
belluinam faciem, & quatuor pedes? Ista dene-
gauit homini Natura ut distingueret ab aliis ani-
malibus, tam in partibus externis, quam inter-
nis: Omnia partium discrimina in homine
& brutis notata leges in mea Anthropogra-
phia, pag. 82.

Pag. 29. Ne videatur despere & decipere,
addit. Sum tam certus quam qui certissimus,
aqueos nostros ductus in homine adhuc delize-

44 *Io. Riolani Iudicium*
scere, laudemque inuentionis illibatam alijs ser-
uari, excitabitur, qui nostra obseruationi ul-
timam manum in homine sic additurnus, cui tan-
tum debebimus, quantum nobis Pecquetus; Er-
go ille multum tibi debet, & eiusdem felicitatis
estis confortes. Pecquetus in canibus inuenit
tubulos lacteos Thoracicos, tu in homine pri-
mus diuersos demonstrasti: Si in cadaueribus hu-
manis non inuenisti, despero de existentia &
corum inuentione.

Pag. 31. Doces p̄eclaro nomine indigitata
tha vasa, aquæ, Lymphatica. Quid nō Lympha-
ticum significaret, iam exposui, nec repetam.

Pag. 32. Nunc describis exortus & insertio-
nes tuorum vasorum Lymphaticorum. Exortus
vasorum est ab extremis partibus seu artibus &
visceribus, nempe Hepate, ex quo cum Portæ ra-
mīs prodeunt, vesicula fellis; in artibus à parti-
bus nutritijs emergunt; Latè diffūminantur, &
truncum eam artibus suo ambitu inuoluunt.
Vasa aquosa infra septum medium enata infe-
runtur in receptaculum chyli, ubi tanquam in
alveum limpidam suam lympham effundunt, ut
recto transe ad Cor per lacteas Thoracicas de-
ducatur.

Vasa isthæc Lymphatica sunt ex tua figurâ di-
uisa, intercisa, nec video in tuis scriptis eorum
continuitatem, quia ex te nullum truncum ha-
bent, pag. 34. Quomodo potest ascendere hæc
aqua infra septum à corpore ad receptaculum?
Si subeat venas, permiscebitur sanguini, at san-
guis non fluit ad receptaculum chyli.

Pag. 33. Vasa Lymphatica supra Diaphrag-

ma ex artibus trahunt originem, & axillareno ingrediuntur iuxta jugularem externam. Ergo aquæ, quæ fluunt à partibus supra diaphragma permiscentur sanguini, ut in Cor deruentur. Ergo nulla sunt vasa Lymphatica puram aquam ad Cor deferentia.

Pag. 34. Vaserum substantia est tenuissima pelicula, qua disparet effusæ aquæ, quia applicantur membranulae venis subiectis, ut discerni nequeant, etiam à Lynceo; emulantur substantiam pia meningis. Si substantia vasorum est tenuis aranearum similis, & effusæ aquæ euanescit, ut ne quidem à Lynceo discerni queat, sunt vasa ista chimærica & imaginaria, quia pia meningis substantia est palpabilis & visibilis.

Pag. 38. Quæ vasa progradientur ad Mesenterium cum Porta ramis, in glandulas inseruntur videlicet oculis haud satis conspicuæ. Si vasa inferiora ad receptaculum progradientia viam habent inaspectabilem, quidni adhuc firmius affirmabo tua vasa esse chimærica?

Pag. 41. Aqua à partibus nutrientiis, sive Hepate, vesicula fellis, sive ab artibus extremis prouenit, & à singularium partium priuata collectione aqua hæc separatur, peculiaribus vasis expurganda. Ergo isthæc aqua est excrementitia, inutilis, quam natura non debet reuocare à partibus externis ad internas, ut Cor cœli fruatur: cum aqua ex Hepate fluoret per ista vasa, cum habeat iecur patentes vias ad expurationem aquarum, scilicet per emulgentes venas in renes?

Pag. 44. Cum sanguine arterioso ad partes nutritiæ per arteriarum fistulas immixta

46 *To. Riolani Iudicium*

aqua, sed non ita cruxoris contagio libera deferasur, hoc vtili alimento à partibus separato, & attracto, sola aqua linquitur. Quis credat istam aquam per venas ad Cor assurgere, dein cum sanguine arterioso è Corde refluxere, & post exsuum sanguinem à partibus nutrientis, istam aquam illibatam remanere & redire ad Mesenterium. Non potes vias istius reuersionis demonstrare.

Pag. 46. & 47. In Cor tanquam Oceanum lymphida aque confluunt à partibus inferioribus infra Diaphragma ad receptaculum Mesenterij, inde per Thoracicas lacteas ad Cor, vasa thoracica lactea depleta chylo, remanent, splendente aqua plena. Si tubuli lactei depleti splendente aqua replentur, serosa est chyli portio residua, non aqua pura & sincera.

Pag. 45. Aqua continua esse debet, ob continuam absumptorum necessitatem, inde omni fre tempore Vena Lymphatica conspicua munere suo defunguntur. Ergo si omni tempore conspicua sunt Vasa Lymphatica, quia perennis est aquæ generatio, ob assiduam absumptorum necessitatem, necessum est à fonte perenni manare: potestne esse tanta aquarum copia in vniuerso corpore, vt moueantur quodam congenitis Oceani consensu, id est fluxu, & refluxu instar maris? ut afferis in Epistola.

Vasa Lymphatica sunt magis conspicua in ieunis, & longius à primis ciborum horis remotis. Si ex te Venæ Lymphatica sunt in ieunis magis conspicua, & longius à pastu, aquæ fluxus non est absolute necessarius, ob continuam absumptorum necessitatem.

Pag. 48. Primus visus vasorum Lymphaticorum est, ut nutritias partes onere cibi inutilia aquae leuent. Ergo est excrementaria & inutilis isthæc aqua. Attamen secundum vsum illi assignas Cordi vtilem, Ad sanguinem crassiorum diluendum, siue calidiorum temperandum, siue ad coctionem sanguinis promouendam. Interea chylum in Mesenterio & lacteis ductibus fluxilem reddit. Quomodo potest aqua inseruire diluendo sanguini crassiori in Corde, cum iste sanguis arteriosus sit calidissimus & tenuissimus? Qui ex te, chylus aduehitur Cordi, per tubulos thoracicos exiles, est tenuis, & sanguini permixtus in venis superioribus ad quas appellit, ideo non indiget isto sero. Quod si refluit cum sanguine arterioso, habet eandem circulationem cum sanguine, vel emulgetur & secernit in transitu aortæ ab arteriis emulgentibus. Itaque istius aquæ receptaculum erit Mesenterij lacuna, ubi chylus ex te coaceruatur, cum sit isthæc aqua calida instar sanguinis, cui permixta est, nec secreta, non potest calidum sanguinem temperare, multò minus promouere sanguinis coctionem, quæ dependet à ferore Cordis. Dicere debueras promouere sanguinis motum in circulatione, quia fluxilior redditur eius permixtione: Sed tum chylus factus est fluxilior in receptaculo Mesenterij ex istius aquæ confluxu.

Pag. 48. Istorum vasorum cognitio multorum in corpore accidentium causam reddit expeditiorem, inde copiose sudores erumpunt. At sine ipsis vasibus possunt effluere per habitum corporis diffusi. Si solum Hepar esset fons & scaturigo aquæ, hoc confir-

48 *Io. Riolani Iudicium*

maret opinionem Fernelij, qui sudores dumtaxat emanare scribit ab Hepate naturaliter humido, ab exsucço, quale est hydropticorū, nullum sudorem elici, & frustra promoueti: Nam ex pumice potius oleum extraheres, quam sudorem ex corpore hydroptico aquis immerso. *Ad pericardium transfertur, & potest illam aquam augere.* At illud serum ex portione potus generari docuisti in tua *Anatomie reformatæ*.

Pag. 49. In sanguinis detractione in pelvi separata cernitur aqua. Est portio potus, qui diffusus est in Venas.

Pag. 49. Ex te, Hydroptis generatio non ab Hepate proficitur, sed obstructis venis lymphaticis, quando liquor tenuis à partibus non separatur, oritur Anasarca, quando impedito per ha transitu, ad venas ire cogitur, ascitem excitat. Ergo ab eadem causa isti duo hydroptes sede differentes generantur, vel obstructis venis Lymphaticis, vel earum transitu impedito. *Istæ duæ loquutiones idem significant.* Attamen anasarca in habitu & ambitu corporis continetur, Ascites in abdomen concluditur: ac proinde aqua non potest effundi in ventrem in Ascite.

Pag. 50. In cachecticis & hydropticis vesiculae enatae non demonstrant ista vasorum Lympaticarum. Et inepta sunt, quæ profers exempla de vesiculis in Mesenterio & in Hepate repertis; nam existis vesiculis ruptis continenter fluit serum in cauitatem abdominis; Neque ex articulis corruptis vel ulceratis effluens copiosè serosus humor, dictus à Paracelso, Synouia, & Celsio Meliceris, særissime insanabilis, demonstrat tua *Vasa lymphaticæ*,

phatica; nam serum totius corporis cō defiuatur
& confluit.

Tu omisisti Hydroa, sudamina, variolas aquo-
fas, quæ tamē non ostendunt tua *Vasa lymphati-
ca*, ad cutem definentia; Si attente legillēs li-
brum Hippocratis de glandulis, deprehendisses
nostrūm corpus vndiquaque abundare serosis
humoribus, tam intus, quam extrinsecus circum-
fluentibus, & istam humiditatem *oxenīu* voca-
ti. Si tibi notus esset hic liber, iurares non posse
intelligi, sine *Vasorum tuorum Lymphaticorum*
cognitione accuratā.

Pag. 55. 54. In hoc postremo capite funda-
mentum questionis, sive noui inuenti de *Vasis*
lymphaticis continetur. Ad Hepar, vel ex
Hepate propagari rāmulos exiles negari non po-
test, monstrari semper possunt; si lactei non sunt, se-
ad Hepā nil deferunt, debebant aliud nomen im-
dere, aliū ūsum designare; quia *Vascula* nonnulla
circa Hepar semper obseruauit, hactenusque
pro lacteis habui, iure insto, donec aliud persuau-
deret naturae fauor. Chylium ad Hepar partim
distribui, partim ad Cor existimavi, iam verò
quia primis nobis Hasniū tam nuper licuit esse
oculatis, ut quid sint *Vasa* illa exilia, unde pro-
grediantur, quem ūsum præstent in animantibus
diligenter enisceratis inuestigauerimus, vidimus
Vasa illa prope Hepar suis effē generis, à conten-
to liquore Lymphatico nobis dicta, ex Hepate ad
receptaculum aquam inferre, ligata dque intume-
scere prope Hepar, aduersa vinculi parte inani-
ri, similia & substantia & colore, & conten-
tiss, & ūs illis, quæ ex artubus, & insinu ven-

D

50 *Io. Riolani Iudicium*
*are alias primi aperuimus. Hoc inuento, spe om-
 nis sanguificationis excidit tot seculorum applau-
 su decantatum Hepat, quod ne salus ipsa serua-
 ret amplius.*

Huic articulo sic respondeo. *Si Vasa Lym-
 phatica ab Hepate feruntur ad receptaculum, cur
 potius aquam inferre, quam chylum aduehere
 assueras? Quia repleta splendente aqua repe-
 riuntur; non chylo. Forsan chyli portio tenuis
 & serosa remanet in istis vasis: (vt supra dixisti
 in Vasis lacteis thoracicis remanere.) At *Vasa*
*lymphaticis ligatis obseruatum fuit, ipsa intu-
 mescere versus Hepat, inaniri versus receptacu-
 lum: Quasi fueret assidue instar fontis salientis
 ex Hepate aqua.**

Assuero isthac experimenta fieri non posse
 sine confusione magna, ex larga Hæmorrhagia
 in mortuis, multò minus in viuentibus animali-
 bus, ac proinde Hepat remanebit in sua dignita-
 te & potestate, *insistit Pecqueto, & Bartholino,*
iunioribus Anatomicis, quibus animus est no-
 stram Medicinam funditus euertere.

Addo ex ipso *Bartholino*, non potest chylus
 deduci per thoracicas lacteas ad Cor, quia in ho-
 mine unicus est ductus, isque sinister, exilis & an-
 gustus, vt nequeat sufficere toti chylo deuenen-
 do ad Cor, *lege pag. 76. libri de Lacteis Thoraci-
 cis*, vt inconstans hominis innotescat. At in-
 uentis *Vasis lymphaticis* nunc sufficit.

Itaque si tua *Vasa lymphatica* reperiantur;
 sunt porti vel canaliculi, per carnes dispersi, ve-
 nis superiecti, qui exsugunt serosum sanguinem
 purum, vel impurum, & in habitum corporis de-

de Vasis Lymphaticis, &c. 51

ducunt, dein per vniuersum corpus intet adi-
pem & musculos diffusus est Viscosus humor, se-
cundum longitudinem spinæ copiosior. Propter
ea, *Fernelius* voluit per partes posticas spinæ
fieri fluxiones à capite manantes. Vel ista vasa
reperiuntur duntaxat in canibus, quos dissecuit
Bartholinus. Ipse conqueritur quod natura mul-
ta dederit animantibus, quæ denegauit homini-
bus, optaret caudatus esse, dum prolixam coc-
cygem inuidet animantibus, quidni etiam cor-
nua de quibus eleganter differuit, ut sit cornutus;
Istorum vasorum cognitio prorsus est inutilis,
perquisitio incepta, nec ad bene medendum quid-
quam confert emolumenti.

Pag. 18. Sed Lymphatici erroris extremum est,
funus proclamatū miserrimi Iecoris, nunc desti-
nati ad bilem, cui eruptū est officiū sanguifican-
di à *Pecqueto*, confirmatum à *Bartholino*, qui
Epitaphium eius monumento inscribit ridiculū.

*Quod sani esse hominis non sanus iuret Ora-
stes.* Conta te pugnabunt pro Iecore omnes
Academiz, & nullos Medicos, antiquæ lau-
dis & artis, ut loquitur *Virgilinus*, inuenies, qui
tibi faueant, & tuas partes sequantur. Per tuam
Anatomē *non est auctus homo*, sed imminu-
tus, principe corporis parte orbatus.

Ego vero, qui meum iecur mihi salutiferum ha-
ctenus expertus sum, ex detractione sanguinis,
quam sexies vel septies in anno admitto, partim
ad minuendam dyspnoeam, partim ad ipsam
auerendam, & mei sanguinis inspectionem ut
vitiatus corrigatur, cogor Hepatis dignitatem &

Dij

§2 *Io. Riolani Iudicium
principatum tueri, quem in mea Anatome, &
contra Pecquetum sustinui.*

Quisquis igitur Iecori istud officium sanguificandi adimit, destruit nostram Medicinam, & nouam condere debet ab ipsis fundamentis, quippe ridicula foret nostra Anatome, Physiologia, Pathologia & Therapeutica morborum, si iecor fuerit pars ignava, nec amplius fungatur officio sanguificandi.

Hoc posito & concesso, reliquorum viscerum functiones evertuntur: ad quid Lien inseruitet si non trahit ab Hepate sanguinem crassorem, an aquam elicit? sed nullam agnoscit *Bartholinus* præter eam, quæ in Vasis Lymphaticis continetur: inde sequetur confusio notabilis in paribus vitalibus & animalibus. Sed maior, ex assiduo refluxu sordium vniuersi corporis ad Cor, ex *Bartholino* pag. 89. *Anatomie reformatae*, & alibi, ut inueniant viam ex purgationis per arterias ad tenes per emulgentes, per celiacam ad intestina, sic ex permixtione sordium impurissimum condietur chylus in corde. Horribilis & abominanda hæc hæmatosis in corde, & medendi methodus inaudita & impossibilis. Nunquam *Aristoteles* minatur iecori destructionem sui officij, nam præparari voluit in Hepate sanguinem, perfici in corde, atque diaphragmæ aduersum cordi statuit, ne culinæ sordibus offenderetur, tantum abest ut in corde culinam fieri crediderit. Deinceps impostores Medici, & artis suæ prorsus ignari, si repeatant causas infinitorum morborum à lecore male affecto, per in-

temperies, & obstrukciones, & sui viciniâ & contage alias partes afficere & offendere: Ac proinde ad eam partem sua remedia ineptè dirigerent, ut ipsi Iecori aliisque paribus medeantur. Dēfensionem Hepatis leges in mea Responſione ad Pecquetum & Guiffartum. Callidè & artificiosè Bartholinus suum Libellum Lymphaticum honorificè Riolano inscripsit, ut ipsum quoque reddeter Lymphaticum, id est sui inuenti fauorem, confortem, atque doctis, cum ipso ridiculum exponeret, simūlque opera Anatomica vno ictu & assensu erroris Lymphatici deſtruueret. Meliorem illi mentem precor, meam quantum potero sanam & integrum seruabo, nec aliorum ineptiis vñquam fauebo, ne de me fama loquatur, quod olim de Antiphene dictum, ingeniosus fuit nugator: Nam qui laudat errantem, errorem confirmat, & qui adulatur ad errorem allicit, contrà, qui erranti comiter monstrat viam, is de lumine suo aliud accedit, quod credo me fecisse in hac responſione quam humaniter excipiet Bartholinus: eum non desistam redamare, ob eximiam eruditio[n]em, & ardentissimum artis Anatomicæ studium: Amentium iræ, amori redintegratio est, interim ei gratias ago pro dedicatione sui libri, si per litteras ea de re me consuluisset, eodem modo ei rescripsiſsem; sed quia scripto publico exquirit meum iudicium, non potui, nec debui, aliter respondere quam scripto publico. Excuso tamen cum Aristotele ſcriptionis promptitudinem. Veneratione magis, quam temeritatis obiectione di-

D iii

34. *Io. Riolani Iudicium de Vasis, &c.*
gna est promptitudo illa, se quis propter Philo-
lophiae sitim, etiam parvas insufficientias a-
mat, de quibus maximae habemus difficul-
tes. Nec iustum est similiter omnes increpare,
sed videndum, quo pacto se habeat quis in cre-
dendo.



(ii. cl)

HEPATIS FVNERATI
& Resuscitati Querimonia,
ad Medicos Parisienses.



IRI PERCELBRES,

Non vos latet quamplures
nondum examines ad funus
elatos reuixisse, & conquestos
fuisse de impia corporum funeratione. Liceat
mihi apud vos *Antiqua landis & artis*, ut lo-
quar cum *Virgilio*, conqueri, de iniquo iudicio
aduersus meam potestatem non bene examina-
tam pronunciato, in hac Vrbe Parisiensi à iuuene
Pecqueto, temerario & imprudenti iudice, qui
Medicos vestri ordinis Consiliarios, & facinoris
fautores, ac fideiuissores adscivit, *Scilicet Hepa-*
tinutile & ignobile membrum, è corpore rescin-
dendum, sed dignitate & potestate sanguifican-
di foliandum, ab Adamo nato usque ad hunc
diem homines fraudulentio officio decepisse, ac
proinde exterminandum, & obliuione perpetua
sepeliendum, vel ad vile ministerium fordes bi-
lioſas colligendi relegandum ac destinandum, ne
deinceps pro parte principe reputetur: In Haf-
nensi Academia Bartolinus adhuc iuuensis

D iiiij

36. *Hepatis funerati, & resuscitati*
 Anatomicus, inconsultis aliis Medicis, istud iudicium confirmavit, & post decantatas & celebatae exequias, mibi tanguam funerato Epitaphium inscripsit. Solum testem producit Ari-
 stotelem, nil tale vñquam effatum, mihi iam du-
 dum ruinam minitarum fuisse. Alter Patiensis
 Doctor, quia Patricius, audacter testatur in *Pec-
 queum Aristotelis animum migrasse*, vt me
 condemnaret sine Accusatore. Nunc ex ista se-
 pultura resurgens, prouoco ad Medicos Pati-
 sienses & quissimos iudices, & coram antestor
*Pecqueum, Bartholinum, & eorum fautores
 sectarios*, meam litem disceptaturum. Omnia
 Medicorum, & Aruspicum confessione sum ca-
 put Extorum, naturalis facultatis sedes, ex me
 reliqua viscera dependent, Primogenituram non
 cedam cordi, quod sui primordium obtinet à
 gutta sanguinea in quo latente: consimilis est in
 animalibus exortus, coruscum palpitat,
 quia animatum à sanguine. Testem appello *Har-
 neum*, qui sanguinem, ortum & motum infun-
 dere Cordi affirmat. Cordi permixtum est Iecu-
 sculum, & separatum laborat, pro Corde, San-
 guinem & Spiritus ei subministrando, cum nul-
 lam recipiat materiam, nisi ab Hepate, imò plu-
 res partes meo sanguine solo nutrio, quām Cor ar-
 terioso è meo sinu deprompto vivificat; vt in-
 signi tabulā demonstrauit *Vesalius*. Ad hoc opus
 possideo fabricam internam exquisitè accom-
 modatam; etenim chylum exceptum distribuo
 quoquoeversum per meam substantiam, vt con-
 tactu & fotu conuertam in sanguinem, quem
 postea refundo Cordi vicino, quod alioqui breuī

periret, nisi continenter ei opitularer, ad restorationem humidi primigenii, & sui motus conseruationem. Admissum sanguinem Cor momentò transmittit in arterias, calore & spiritu dumtaxat auctiore imptægnatum, Natura nos consociauit inseparabili confortio, vt mutua nobis tradiceremus officia, per varias Anastomoses Valorum, in diuersis locis constitutas. Eadem Natura in corporis conformatione sanguinem maternum per Vmbilicalem Venam ad Hepar assidue dirigit, priusquam ad Cor perueniat, vt cum ipsi præpararem, istamque gratiam à me recipere. Ex me sanitas & integritas partium corporis dependet; si vita homini contingit optima, Iecoris virtuti tribuenda est; Ut Hepar valet, ita reliquum corpus, vt mihi male affecto succurratur, mea incommoda in facie patefacio, & Cordi communico. Qualis color Hepatis, talis in vultu efflorescit, quin etiam pulsus index & internuntius est meæ ægititudinis. Olim in Aruspicina Extispicij prima pars semper fuit Hepar, cuius consideratio cæteris Visceribus præpollet.

Non inuideo Cordi suam dignitatem, modò mea mihi conseruetur, Id à vobis expecto, Medici Parisienses, vt meo officio principali sanguificandi recuperato, à vobis redintegratum fuisse gloriari queam, Vestro solemni decreto. Id mihi si denegatum fuerit, præualebunt *Pecqueti se-
carij*, Stibiales, vel potius Stygiales Medici, qui suo Stibio, siue Stygio instrumento *Diaboli*, iuxta *Cyprianum*, nieam & hominum ruinam, & excidium inter se syngraphâ coniurârunt. Nul-

§8 Hepatis fun. & ref. Quer. ad Med. P.
lum enim Venenum mihi nocentius ipso stibio,
quo mea substantia atteritur & laceratur, utte-
stantur omnes periti & cordati Medici Germa-
ni, Itali, Hispani, Angli, qui eius maleficium
iamdudum experti sunt. Hoc prohibete nefas,
& à vestra Schola talem auertite pestem.

FINIS.



ANIMADVERSIONES
SECUNDÆ,
A D
ANATOMIAM
REFORMATAM
THOMÆ BARTHOLINI.


Authore IOANNE RIOLANO.



PARISIIS,
Apud Viduam MATHVRINI DVVIS,
via Iacobæ, sub signo Coronæ Aureæ.

M. DC. LIII.
Cum Privilegio Regis.





PRÆFATIO.

VBENTER abstinuisse à secundis Animaduersionibus, in tertiam Editionem *Anatomie Thomæ Bartholini*, quia fuit reformata ex emendatione quam ei prescripsi; nisi spe mea frustratus fuisset. Cum enim ab eo expectarem partem gratiarum actionem, pro ista circumlitione, quam referebat Praxiteles Niciz pictori, quando eius tabulis manum admouisset; pro isto benevolentiaz officio, hoc lucri ab eo retuli, odium. Nam ille ingratus, ac magis indignatus, me acerbius quam antea insectatus est.

In hac *Editione postrema*, vbi cumque occasionem bene vel male carpendi nactus est, nullam præterrauit, nec ideo ei succenso, vel irascor; imò gratias refero, quales *D.D. Harvœ & Stellæ gelio*, Anatomicis & Medicis doctissimis reddidi. Parco tamen iuueni, & irato, qui gloriam affectat adeptæ peritiae in rebus Anatomicis, & alios omnes sibi inferiores reputat ac despicit: Nec contentus istis ineptis reprehensionibus aduersus *Riolanum*, suos etiam Discipulos conuictijs, & cauillationibus armavit, & instruxit in suo *Collegio Anatomico*, (cuius se Authorem

PRÆFATI.

agnoscit pag. 224. Anatomie reformata) ut
insultarent Riolano.

Fateor equidem in hac ætate iuuenili, quæ vix
excedit 35. annum, vt præfert effigies libro
præmissa, Bartholinum, sedulam rebus Anatomi-
cis dedisse operam, atque eius conatus laudo,
& ad persequendum exhortor: Sed ipsum ami-
cè monebo, cum Hippocrate, nostram vitam esse
breuem, artem longam; neque Hippocratem et
iam senem peruenisse ad finem artis, ut ipse in-
genue faretur in Epistolis. Propterea si ambitio-
sè desideras non tantum videri, sed esse summus
Anatomicus, & perfectus Medicus, totum te do-
bes tradere Medicinæ. *Magna ingenia nun-
quam plus quam in uno eminuerunt*, inquit Se-
neca:

*Pluribus intentus minor est ad singula sensus.
Scire velle plus quam conueniat, intemperan-
tiae signum est: referente Seneca. Polymathiam
profiteris, de humanioribus litteris, & de rebus
sacris commentatis, nunquam vidi Medicos in
aliis scientiis occupatos, & scripturientes perfe-
ctè sciuisse, & feliciter exercuisse Medicinā, quam
ignorabant: imò tuus ipse Parens, alioqui Vir
eruditus, postquam in lucem edidisset suas In-
stitutiones Anatomicas, forsitan pertulit tedium &
laboris, quæ sustinere conuenit in Medicina e-
discenda & exercenda, se totum dedit Theologi-
æ Professioni. Non improbo quas attribuis
laudes tuo Parenti: pietatis officium id à te po-
stulabat, inter quamplures, istas eximias col-
legi. Longum foret omnium texere Catalogum,*

PRÆFATI.

qui nibil seculo profuturum latere sunt passi, solum tibi Parentis sufficit, qui pluribus ante te doctissimis suffecit: Quoniam ignaris qui cum sequabantur, placebat Methodus scribendi satis perspicua.

Varietate incredibili, parique veritate in suis amorem & laudem eruditos pellexit. Non agnosc varietatem incredibilem, paremque veritatem, imo multa absurdâ & fallâ.

Suos Magistros non tam sequutus est, quam superauit. Iniuriam facis omnibus Anatomicis, tui Parentis præceptoribus; Id non exprimit Præfatio tui Parentis.

Omnes Anatomici, qui post eum scripsere, Bartholiano succo vicitarunt. Ergo pinguiores facti multum debent tuo Parenti; ego isto succo non fui adipatus.

Reliquas partes Anatomie non tam omisi, quam alij reliquias. Ergo multum debent tuo Parenti, Anatomici, quod noluerit laudem complexe Anatomiae sibi attribuere & absorbere.

Cultrum quoque commodauit dissectionibus.

Hunc articulum non possum probare. Nam culter est lanionum, non Anatomicorum instrumentum. Non diffiteor tamen Parentem tuum, suum cultrum commodasse dissectionibus. Nam qui peregrinantur, debent semper secum gestare cultrum, non tam ad defensionem, quam ad sectionem ciborum in hospitijs, ubi tard singulis conuiuis cultrum separatum praebent. Forsan iste culter ad mundationem ossium peracti Anatome commodatus inseruit.

PRAEFATIO.

Quid autem Filius præstiterit, postea enarrari. Multa adiecit, relicts pro pietate in Parentem antiquis Authoris manu prius signatis. Id imperite fecisti: quia (*Vasibus*) retinuisti, & errores tui Patris non emendasti. Textum Parentis obsoletam interpolauit, suumque fecit, totum ad naturæ fidem examinatum; maiori veritatis fiducia, quam in verba Parentis pietate, Idque prudenter, si verum esset. *Nouum opus in publicum protrudit, omnibus quantum confidit, placitum rerum pondere & varietate, quia panspermiam & confusionem magnam rerum Anatomicarum continet. Innumeros prestantes Viros & Heros spectatores, & auditores se habuisse Anatomica demonstrantem, quin etiam Regem ipsum interfuisse gloriatur.*

Non equidem inuidio, miror magis. Quis au-
dit deinceps Patrem & Filium ignorantiae & im-
peritiae accusare? *Solus Riolanus, utrumque*
transuersa linea signauit, ideoque reprehensione
dignus, quod in hac tertia Editione reformata
Filius conatus est ostendere. Ego vero contraria,
eius imposturas, & ignorantias detegere, & ma-
nifestas reddere suscepimus. Post istas emendationes
poterit in quarta Editione substituere, pro re-
formata reformatorem; & nisi erga Riolanum,
Bartholinus postea gratus fuerit, forsitan huius li-
brilectores pro ista correctione, Riolanum lau-
dabunt, & hoc præmio contentus erit.

Valde mihi displaceat hic articulus tuæ Praefationis: ignorabat scipsum homo de facie sibi con-
scie, & exterrit tantum, velut umbram pi-
etatis.

PRÆFATIO.

*Etam admirabatur, antequam referato pecto-
rum clauistro, & manibus cordatis creuisset au-
dacia, ut mortuum odissent; quod vivum nosce-
rent, id quod a simijs, canibus, suib[us]que, alijs
que animalibus olim euiseeratis cum frustra im-
petraffent, ad hominem tandem diuerterunt, in
ipso bomine rectius querendum.*

— Grande nefas, & sua morte piandum!
*Nec pueros coram populo Medea trucidet,
Aut humana palam coquat exta nefaria.*

Atreus.

Consiste quælo in Anatome cadaverum hu-
manorum, quæ non est satis explorata in qui-
busdam locis, si desideras exercitium nouum,
indicabo tibi spinam hominis dissecandam, vt
inuenias neruorum otigines & traductiones, quæ
non sunt adhuc perfectè cognitæ, quamuis a-
liquid eâ de re obseruârim: Si queas id præ-
stare & demonstrare, tuum laborem præfer-
rem tuis occupationibus in minutis inuestigan-
dis Viuentium animalium, cum adhuc vasor-
um, Musculorum, & Ossium doctrinam igno-
res.

Crede mihi, hæc Anatome viuentium Ani-
malium similis est Lanienæ viuentium anima-
lium, qualem exercent Lanij; Iстis operationi-
bus audaciores facti, non dubitant Viuentes ho-
mines leui de causa iugulare, sic Anatomici
viuentium animalium dissectionibus assuefacti
facilè viuentes adhuc Homines moribundos
clanculum, tanquam mortuos aperirent, vt
ea, quæ in animalibus viuentibus querunt, in

E

P R A E F AT I O.

hominibus inueniant. Propterea istam Anatomem
nimis curiosam odi, & eius scrutatores & lecta-
tores. Ex Celso, teipso referente pag. 266. Nihil
fultus, quam quale quidque viuo Homine est,
tale existimare esse moriente, imo mortuo.





ANIMADVERSIONES

SECUNDÆ,

AD

ANATOMIAM REFORMATAM

THOMÆ BARTHOLINI.

Divisio Ventriss Inferioris.

PA G. 10. In hoc capite multa cor-
rexit, monitus à Riolano, noluit ta-
men corrigerre *opere & precordia*
dici *Hypochondria*, quod non potest
vllâ autoritate probare, nisi addu-
cat *Baubinum*, qui ita loquutus est: Aliter istas
voces explicas pag. 117: cùm agis de diaphrag-
mate.

Pag. 10. *Ventriss Inferior pars superior*: Hy-
pochondrium dicitur, debuit addere *Lateralia*;
nec satis est dicere, *Cartilaginibus inferioribus*
Costarum Vicinum, quia sub notis Costis com-
prehensum est. Retinuit adhuc inter continen-
tes communes, numeratur *Tunica Communis*,
enim *Musculo propria*; cùm tamen sit error cras-
fissimus, ut postea docebo.

Pag. 11. In enumeratione partium Contenta-
rum ad *Hæmatolin* faciunt *Vene Cavae*, cùm re-

E ij

Animaduersiones secundæ,
dicibus. Melius dixisset cum propaginibus. Ad-
 dit *lienem cum Vase breui, & Hæmorrhoidibus.*
 Vas istud ridiculum est, & sub vena Porta con-
 tinetur. Pro Hæmorrhoidibus, dicere debuit, *Va-*
se Hæmorrhoidalia, quia Hæmorrhoidis vel est
 Morbus; vel Symptoma. Cur adiunxit Ateriam
 Cœliacam, & omisit Aortam, Truncum Cœliacæ?

Debeat monete Testes, & Penem, quamvis
 sint penduli, extra peritonei ambitum eieoti, per-
 tinere ad Partes internas genitales contentas. Ra-
 tione Vasorum spermaticorum & seminis quod
 à Partibus internis emanat.

Pag. 13. Quædam desumpsit ex Riolano, & ta-
 men innominata, quando scribit de Ludouico
 Bohemia Rege, & de expoliatione Cuticula in
 morbis.

De Cuticula, & Cute.

Cuticula in glande non cuti, sed carni adha-
 ret, vel potius nulla ibi Cuticula, sed dum-
 taxat Cutis tenuissima, immediate regit glandu-
 lam inseparabilis, qualis apparet in marginibus
 labiorum.

Pag. 13. Inter usus Cutis, quamplures, annu-
 merat ineptos, ut Chiromantici in manu, Meto-
 poscopi in fronte, fatum agnoscant; Ut Empla-
 stra Anodyna Cuti admoveantur; Ut exsiccata
 Cutis parturientibus succurrat, Conulsionibus
 Epilepticis, & Vulneribus Crani. Rectius di-
 xisset, ex Cutis vario motu mente Hominis de-
 clarari, præsestim in facie. Qua de re liber extat
 insignis Italicus L'Art de Conn.

De pinguedine Ventris.

Pag. 17. Materiam pinguedinis Lacteum esse succum, seu chyli pinguiorem partem, scripsit *Cæcilius Folius*, ex eoque ossa nutriti. Inter obiectiones satis imbecillas hanc adfert, nullum esse ductum à Mesenterio ad extrema: At reperitis *Tubulis Pecquetianis*, ductus sunt manifesti, tam superne, quam inferne, ad ossium nutritionem, si admittatur distributio chyli ex corde, per arterias.

Pag. 22. *Adeps glandulas habet copiosissimas, que excrementa corporis in se recipiunt.* Falsum, sunt portiones pinguedinis induratae, vel sunt contra Naturam, ut in strumosis tales obseruantur.

Pag. 23. *Volis manuum & pedum Natura reddit copiosam pinguedinem.* Dubito an recte dicatur *Vola Pedis*. Deinde pinguedo ista est peculiaris, dura instar membranæ.

De Panniculo Carnoso.

PAg. 24. Noluit etiam monitus emendare insignem errorem, in homine aliquo, si exacta fiat separatio, apparebit eum (*id est Panniculum Carnosum*) constare ex quatuor membranis distinctis, hoc impossibile demonstrare, siue sint mutuo incumbentes & superstratae, vel separatae, in diuersis locis sitæ.

4 *Animaduersiones secundæ,**Membrana Musculorum demonstrata.*

PAg. 25. Quare inter Membranas communes abdominis, enumeras Membranam Musculorum propriam? Maluit cum multis errare, quām suum errorem fateti: Cognitam fuisse *Velatio*, discess lib. 2. cap. 32. Hanc ita describit; *Cuttæ vñâ cum carnosa Membrana ab yniuerso ab domine & lumborum regionibus, ad femora vs. que ademptis, & Membrand insuper per quam tenui & fibrosa, que Musculis præter carneam obducitur, vnguis bincinde leuiter diuulsâ, sectionem Musculorum sic aggredieris.* Nonne manifestè declaratur hæc Membrana communis, quam omnes Anatomici ignorarunt, nec *Bartschus* admittere voluit: inuenies Graphicè descriptam in *Anatome Ambroſij Parai, Editio- nis Latina & Gallica.*

Quia Riolanus dixerat istam Membranam non posse oriri à Periostio, in hac Editione addidit: (*sue Pericranio*) Ostendat continuatatem, quia suum errorem deterrorem reddidit. Non potest exactè separari in Thorace superiore, ac proinde eius continuitas ostendi in dorso & artibus; sunt enim tantum quatuor communia integumenta, quæ vbique demonstrantur Cuticula, Cutis, Membrana carnosa, & adiposa, si adeps adsit Abdomen habet istam Membranam peculiarem, & tamen communem, quia supertensa ex- trinsecus omnibus Musculis.

De Musculo.

Pag. 27. Riolanus contra Vallatum scripsérat, Neruum semper inseri in caput, siue principium Musculi, vsque ad medium Corpus, & Nerui Recurrentis recursum ad superiora in exemplum adduxerat. Eludit hoc Bartholinus, & suæ scriptio[n]is immemor pag. 460. Nerui recursio fieri debebat, quia Musculi Laryngis capita sua habent non superne, sed inferne. Parum attendit ad ea, quæ profert ad excusationem. Recurrunt Nerui ad confusionem uitandam: Si recurrent Nerui ad Partes superiores, maiorem confusionem adferunt.

Addit, Si Natura in capita primariò intenderet, rectâ in Laryngem ut alios sexti pars Nervos posset deducere. At tu Musculos Laryngis, Ossis Hyoidis, linguae à partibus infernis oriti statuis, ac proinde reflecti Neruum Recurrentem, ut istis Musculis infundatur. Sunt futilis & ridiculæ rationes, quas adducis pro defensione Opinionis Vallet.

Doctrina Galeni, nempe inseri Neruum in caput Musculi, Musculorum motus obscuriores reddit. Id debēbas demonstrare, quod ea regula non reperiatur in Musculo Pectorali, quandoque in alijs Thoracis & Abdominis Musculis. Id falsum: nam Pectoralis Nervos accipit à Nervis Brachij sub axilla transeuntibus.

Cur dicas quandoque Nervorum insertiones variare, in Musculis Thoracis & Abdominis? An nescis intercostales Nervos de se propagines sup,

E iiiij

6 *Animaduersiones secundæ,*
 peditare Musculis Thoracis, & Abdominis, &
 ad vnamquamque dictionem Musculi obliqui
 descendantis Neruum inseri, & alios ad trans-
 versas Rectorum intersectiones deferri? Exem-
 plum de Pneumaticis instrumentis non conuenit
 huic disquisitioni, quia ad modulationem spiri-
 tus infernè adigitur, fistulis Æneis, vel argenteis
 intrusus, ut supernè resonent, at in Netuis nul-
 lus resonitus.

De Musculis Abdominis.

IN hoc capite quinto multa correxit edictus à
Riolano.

Pagina 32. Obliqui descendantis ortum male
 describis, *Ex te oritur varijs principijs triangu-
 laribus, seu pinnis, iuxta serratum pectoris Mu-
 sculam.* Debebas addere, digitatim pinnis serra-
 ti maioris implexum. Addis, oritur etiam par-
 uo spatio interiecto ab apice transuersorum pro-
 ceffuum vertebrarum lumborum; Si interiectum
 est spatium, quomodo potest inde oriri? Nullo
 modo partem istam attingit, à qua distat digiti
 latitudine, propter Musculum Sacrolumbum in-
 teriectum.

Præterea istius Musculi adhesionem ad Co-
 stam ossis Ilium prætermisisti, nunquam legisti
*Vesalium, qui te docuisset verum ortum istius
 Musculi.* Quod spectat ad lineam candidam, cui
 aliquando *ex te pinguedo adiacet*, est concursus
 tendinum Muscularum Abdominis, qui ita
 coëunt ab utraque parte, ut videantur unicam
 formare Tunicam Abdomini obtensam. Quo-

ad Anatom. reform. Th. Barth. 7

modo distingues istam lineam, si desit pinguedo adiacens? Hæc linea collocanda est, ex *Vesalio*, inter duos rectos Musculos, & huic interualllo semper pinguedo interiecta est; atque istud interuallum à Cartilagine xiphoïde directè exten-ditur usque ad Symphysim ossium pubis.

Pag. 34. *Ligamenta vteri rotunda in pudendum propè nympham non desinunt.* Sed repone prope clitorida, nam nymphæ est intus locata, & contactus, sive approximatio istorum ligamen-torum iuxta clitoridem, dum clitoris suauiter attrectatur, libidinem excitant.

Pag. 34. Nugatis dum scribis, *Cofte sunt qui-escentes respectu lineæ albæ.* Credis aponeuroses Musculorum inseri ad lineam albam, quum circa istam lineam albam fiat tantum concursus, nec possint Musculi versus suum principium re-tracti separatim agere, sed omnes simul compri-mentes undique Abdomen.

De Motu Osseæ compagis in imo Ventre.

Pag. 35. Reprehendis *Riolanum*, quod dixerit Osseam compagem Ossium Ilium cum Osse Sacro seorsim moueri in coniugali congres-su, & corporis progressu in ijs, qui carent tibijs & cruribus. Obijcit moueri *Abdomen calibi & casto*, nec ad defectus insperatos Musculorum artificium constructum, sed ad Naturales actio-nes. Ipse imperitè & maliciose, quod dixit *Rio-lanus de Compago Osseâ*, quæ parte anteriore af-fixum penem habet, detorquet ad motum Abdo-minis, etiam si homo non exerceat Venerem, par-

8 *Animaduersiones secundae,*
tes habet ad id destinatas, nec potest laborare ad
procreationem absque motu istius compagis Os-
seæ, quæ per accidens inseruit ad corpus mouen-
dum defectu crurum : Si pedes defectu manuum
eodem fungantur officio , quidnietiam Ossea
compages ad motum trunci corporis?

Eadem pag. Malè tu & Spigelius in eodem
motu Musculorum Thoracem inclinari, & Ossa
pubis sursum trahiscribitis. Quod est impossibi-
le; nam in actione Musculorum principium de-
bet quiescere, dum finis versus suum principium
trahitur.

An Musculi recti sunt plures?

E Ad. pag. Recti Musculi secundum inscri-
ptionum multitudinem statuis cum Car-
po & Casserio esse plures Musculos. Primus Rio-
lanus declaravit Carpum in ea fuisse sententia,
idem proponit Vesalius, sed dubitanter. Ridicu-
la sunt rationes, quas producis, ut id adstruas,
quod Riolanus refutauit in sua *Anthropogra-
phia*.

De Mammaria Vena.

PAg. 38. Inepte scribiratione Mammaries sub
recto Musculo decurrentis, in narium He-
morrhagia Abdromini affigi cucurbiculas. Quis-
nam potest esse Narium, & istatum Venarum
consensus? Affiguntur cucurbiculae ad regionem
Hepatis in tali casu, ad tetrahendum, & sisten-
dum sanguinem in suo fonte, nempe Hepare. Tu
affirmas, *Libello de Venis Lacteis*, sèpius deesse

ad Anatom. reform. Th. Barth. 3
 istas Venas in rectis Musculis, quām adesse. Vnde
 nutrimentum & sanguinem accipiant ? Venas
 alias debebas nominare, loco istarum.

De Vena Epigastricæ.

PAg. 38. *Epigastricæ, que ascendit ad rectum*
Musculum, in mulieribus ab utero, in viris à
Causa oritur. Tuam ignorantiam in rebus Anato-
 mīciis manifeste patefacis ; quis vñquam dixit
 aut vidit Epigastricam ab utero enasci ? Idem de
 Hypogastrica dicere posses. *Riolanus* scripsit E-
 pigastricæ in mulieribus duplicem esse ramum, &
 vnum ad uterum ire, tu ipse pag. 435. Scribis ab
 Iliaco ramo exteriore Epigastricam oriri, cuius
 pars præcipua ascendit sub Musculis rectis ad
 Mammarias , quibuscum iungitur. Ergo ex te
 non ab utero oritur.

De motu Musculorum Abdominis.

PAg. 39. *Crassa est ignorantia omnes Musculo-*
rum fibras in eo centro coincidentes centraliter
*comprimere, hoc modo apud R. Flud expresso **
 debebat id refellere, nec vñquam meminisse istius
 Impostoris, qui meretur execrationem cum *Hel-*
montio Nebulone, quem passim nominat, & ine-
 ptas eius opiniones producit, vt istis nugis ipse
 nuguendulus suam *Anatomiam reformatam* re-
 ferciret. Nunc magna pars hominum non utilita-
 tes querit, sed nouitates, tanquam amoenitates
 excogitat, & in lucem producit.

10 *Animaduersiones secundæ,**Productiones Peritonei.*

Pag. 41. *Productiones Peritonei didymos à Veteribus vocari scribit, debuit adiucere: (Barbaris) Per eas Vasa Seminaria descendunt & recurrunt. Clariùs dixisse, Vasa Seminaria deferentia descendunt, & eiacylantia supernè remeant; prope testes processus hi magis explicant, siuntque testium tunicæ, Rectius dixisse: (explicantur.)*

Sed notabis, ex Galeno, testes formari intra Cauum Abdominis, inclusos peritoneo, quod dum extenditur, descendit in scrotum cum testibus ibi conclusis.

Vasa Umbilicalia.

Bartholinus Tabula septima. Eleganter representat Vasa Umbilicalia ut extant in cadavere: designauit nominibus suis in explicacione Tabulæ: quæ dixerat de Vracho correxit, etiamen non describit ista Vasa Umbilicalia, more aliorum Anatomicorum. Sed Patrem decepit Vesalius, cuius errorem tenuit Filius, qui prætermisit umbilicalia Vasa, & post omentum agit de Ventriculo.

Attamen si Bartholinus Filius legisset Vesalium, sub finem lib. 5. cap. 19. ex eo didicisset quomodo sit docenda & demonstranda Anatome, non prætermissem Vasis Umbilicalibus: Sic ille. Ea serie Opium doctrinam studioſis proponebam, priusquam cadaver adduceretur bac de re pri-

ad Anatom. reform. Th. Barth. II

num huius nostri operis librum contexui. Postea
in cadauere integrum Osium, cartilaginemque
disciplinam, scientiamque aggrediebar, Muscu-
lorum, & ligamentorum, prout lib. 2. descripsi;
Post partum externarum Abdominis admini-
strationem doceo quomodo sint administranda
Vasa Umbilicalia, eorumque usum in adultis.

Ergo nisi in cadauere post peritoneum demon-
strentur, frustra de ijs in reliquo discursu Anato-
mico agitur: nec locus est in *Foetus Historia*,
quia non possunt ostendi, qualia extant in cada-
uere adulti hominis.

Vides ex *Vesalio*, ut Anatome semper auspi-
canda est ab Ossibus, & de ijs iterum agendum
sub finem Anatomes, relectis Musculis, ac de-
monstratis, ut eorum articulationes naturales
per ligamenta, cartilagine oculis exponantur.
Miror *Veslingium* praetemisisse *Vasa Umbilica-*
lia in sua Anatomia.

De Omento.

Pag. 44. *C. Stephanus*, quando scriptit Ve-
natoribus non extare omentum, intellexit
propter sumam corporis extenuationem, &
macritudinem, ex laboribus assiduis Venationis
contractam.

Pag. 45. Quando *Riolanus* scriptit à Mesenterio
propagari Omentum, id fecit ut demonstra-
ret continuitatem Omenti cum Mesenterio, atq;
quomodo Omentū potest se exonerare in Mesen-
terium, & vicissim Mesenterium portionem for-
dium refundere in Omenti Venas, aut cavitatem;

12 *Animaduersiones secundae,*
 atque ex te Omentum & Mesenterium sint præ
 pagines petitonei. Non errauit Riolanus, quan-
 do scripsit, quartam portionem Omenti esse Me-
 sentericam; ut indicaret propter quatuor adhesio-
 nes Omenti in diuersis locis, partes illas se se
 exonerae in Omentum.

Ead. pag. Reprehendis *Riolanum*, quod natu-
 raliter pars pendula Omenti Vix semilibra pón-
 dus excedit: addis. *Vesalius tamen Omentum*
quinque librarum videt: Sed contra Naturam, &
 prolapsum in scrotum, ubi tumorem ingentem
 produxerat, & ex Omento ibi procumbente &
 stabulante, ingentia satcomata fieri & progigni
 sustineo, vitilgium ubique queris. Numquam
 legisti *Vesalius*, qui notauit in mediocriter pin-
 guis corpore, vix libras aut sesquilibras pondus
 excedere, & intelligit totam amplitudinem quam
 ignoras, dclitescentem inter ventriculum & lic-
 nem: Sic enim *Vesalius* Omentum maxima sui
 parte sinistrorum Lienem versus retracta conuo-
 lutaque secantibus se offert, eius nullam men-
 tionem facis.

Innumeras glandulas in Omento collocas. Non
 inuenio glandulas, sed tantum portiones adipis
 indurati, quæ glandulas emulantur. *Quomodo*
 potest Omentum instar puluinalis coctionem
 promouere? Quia suprà dixisti fouere tantum
 calorem fundi, quod falsum est de pendula O-
 menti portione, sed de ea intelligendum, quæ
 Lieni & Ventriculo interiecta est, & tibi ignota.
 Verum est, si portio illa conuoluta extenderetur,
 bis æquaret Abdominis longitudinem, & triplè
 excederet portionem illam pendulam.

De Ventriculo.

Pag. 50. *Duplex Ventriculus in homine ru-*
minante apud Salmuthum, & alios. Dubi-
tare licet, quomodo dispositi fuerint duo Ven-
triculi, quia non explicasti, an ut in pennatis? An
ut in ruminantibus animalibus? An eo modo,
quem descripsi, si quando duplex Ventriculus re-
periatur.

Scribis à Ventriculi voluntaria actione depen-
dere ruminacionem, quia per membranam sin-
gularem, quiduis pro arbitrio & quovis tempore
expellit, quemadmodum ille Melitensis bibo
nobis Visus, omnes liquores assumptos pro nutu
reieciet. Idem Parisius bis diueris temporibus
se ostendit. Credo ipsum & alios ruminantes ha-
buisse œsophagum valde Musculosum, eamque
substantiam vique ad interiora Ventriculi produ-
ctam, fibris rectis conspersam, cuius membra-
na carnosæ beneficio, reuelso ac propellente dia-
ptagmate quicquid ingestum fuerat, Ventricu-
lum reiecisse. Ioannes Faber in Historia Indica,
Rome excusa pag. 632. Ex Aquapendente reci-
tat duas Historias de Hominibus Ruminantibus,
& aliam Germani cuiusdam Suevit, qui delecta-
batur ista ruminacione, quia saporem mellis per-
cipiebat in ruminacione cibi.

Pag. 51. *Stomachus dominatur capiti, propter*
Membranarum consensum, & vaporum certissi-
morum elevationem. Rectius dixisses capiti com-
patitur, vel nocet, propter insignes Neroos Sto-
machicos, quos depingis: nescio, quales sint isti

200 V

14 *Animaduersiones secundae,*
vapores certissimi, qui inde cleuantur.

Pag. 55. *Ad Ventriculum in sinistro latere*
sub Diaphragmate insignis formatur cauitas
Membranis inclusa, partim à Ventriculo, par-
tim à Diaphragmate, partim ab Omento. Imag-i-
natione hanc singis cauitatem valde ridiculam, &
multi ea in re te deceperunt. Aphorismum Hip-
pocratis, quem citas, sum interpretatus cap. de
Omento; & cùm huius interpretationem aliam
attulerit Tulpus, lib. 4. Obseruat. Quam verif-
simam esse credit, ipsam examinabo. Serosa lum-
borum distensionis mentionem facit, à Medicis
bacillus præterita. Oritur ex tenui distillatione
à capite, per dorsi longitudinem, versus Lienis re-
gionem confertim descendente, quod loci biduum,
vel triduum plerumque subsistens, inueniebat
tandem viam exonerandis, à renibus per urinæ
fæcum adaptis, procul dubio capillaribus oscu-
lis Vena sine pari. Per istam viam explicat A-
phorismus 54. lib. 7. quia innenit locum, quem
designauit Aphorismus, bacillus vacuum, mi-
bilominus tamen amplum, ac satis conuenientem
recipiendis humoribus, qui ne descendant impe-
dit manifestè Omentum, membrana suæ Rece-
ptaculum hoc, quasi velamento omni ex parte
ambiens, relicto tamen biatu, per quem ingredie-
tur commode Vena sine pari, qua attenuata pî-
tuitam exsugit, ut dilutam per glandulas reni-
bus impositas cum urina, deinceps expellit, uti
huius loci fæctus dissipantur, per insensibilem tran-
spirationem.

Quot verba tot errores obseruo in ista obser-
uatione. Rheumatismus ille serosi humoris, vel à
Venis

Venis Lumbaribus, & externas partes occupat, inter panniculum carnosum & musculum latissimum, qui Trapezio iunctus, unicum integumentum utrumque constituit, & spatium laxum relinquit. Inde tam facilis fluxio in dorsum & lumbos. Si Rheumatismus sit internus, vel Musculos Psoas, & Sacrolumbum, & extremitates Muscularum Abdominis occupat, si fuerit paulo profundior, vel Lienem, vel Omentum partem conglobatam Ventriculo & Lieni interiectam obstrictus ac repletus: inde facilis curatio per hydragoga commémorata, vel per Vrinas, quia Lien expurgatur per renes, simulque portio illa Omenti conglobata, qua occupat istam locum vacuum, vel per aluum, sed ramus Vena sine pari descendens infra emulgentes Venas, est dorsi Musculus firmiter applicatus, & ad istas partes distributus; Nec Vena illa descendens ad emulgentes defertur, sed infra truncum caux insinuatur, ut sanguinis regurgitationem intra Venam Azygon, reuehat ad truncum.

Pag. 59. Ridiculum est, ac incredibile, quod narras ex Observationibus Salmutbi, de infante concepto & formato intra Ventriculum, pérque os deinde exalvi. Debebas eludere hanc Historiam, & monere Conringium, de istis absurdis Historijs, quas retinuit in Editione, quam procurauit, & Prefatione illustravit. Sed Bartholini patrum curat, an falsum, aut verum sit, quod ex aliis depromit, modò istis nugis & fallacibus Historijs *Anatomem suam referiat.*

16 *Animaduersiones secundae,**De Intestinis.*

Pag. 61. *Pinguine extremitas obducuntur intestina, intrinsecus muco.* Distingue crassa à tenuibus; illa tantum fimbrijs adiposis sunt obsita & conspersa, loco Mesenterij ad hunc stationem, cum adhaerant firmiter peritonaeos usque ad finem revolutionis coli, in imo hypogastrio, iuxta os sacrum.

Pag. 63. Nonne ridiculus est usus secundarius intestinorum exficatorum, ut doloribus colicis, alisque intestinorum affectibus medeantur, &c. Non meministi, quod obijciebas Riolanus; Naturam non ad effectus inspiratos, sed ad Naturales actiones partes procreare pag. 35. tuae *Anatomie reformatæ.*

Pag. 66. *Deficere in feminis icunum, falso assertum Riolanus, ab illis deceperat, qui vel ritio oculorum non viderunt, vel repletum pro ieuno non habuerunt.* Non reperam, quæ scripsi aduersos istum articulum, in *Responsione ad Lymphatica Anatomica Bartholini.*

Pag. ead. *Sicut Ileum sub umbilico est, ita ieunum totum ferè sedem supra umbilicum occupat.* Nemo potest istud ænigma solvere, nisi ex mea interpretatione. Ieunum occupat totam regionem Umbilicalem, huic Ileum accumbit in toto circuitu laterali, & in Hypogastrio, ubi major pars intestini iacet & constitut. Vide quomodo ieunum potest esse supra Umbilicum, id est extra Cauum Abdominis, & Ileum sub Umbilico. Anatomici crassa ignorantia, & intollerabilis.

Pag. 68. Colum ubi reni sinistro alligatur, obliquos admodum gyros habet. Tantum circumflexatur in S Romani modum, dein recta descendit ad anum supra Os sacrum.

Pag. 69. R. oланus frustra Baubino laudem detrahit innente valvula coli, cum plures renz eandem, uno vel diuerso tempore sine plagio obseruare possint. Cur detrahis laudem inuentæ circulationis sanguinis Harueo; Ut tribus Paulo Seruitæ: quod confirmas etiam in hac reformata Anatomia, quamvis monitus fueris à Riozano, te id inuidiosè scripsisse.

Pag. 70. Rectum intestinum non adhaeret penes vertebræ, sed cervici Vesica, inde consensus recti intestini cum vesica.

De Musculis Ani.

PAG. 71. Musculi levatores Ani orti à ligamentis pubis, Ossis sacri, & coxendicis. Nullo modo orientur ab ipsis ligamentis; sed si ortus accipi debeat pro principio & adhesione firma, oriuntur à partibus superius Ossis sacri, & portione Ossis Ilium, nec adhaerent ligamentis articulationis femoris, & connexionis Ossium pubis.

De Circulatione Sanguinis in Ventre.

PAG. 73. An circulatio sanguinis fiat in Ventre inferiore, disputauit aduersus Harueum & alios illi fauentes, idéoque non repetam quæ à me dicta sunt.

Fij

De Mesenterio.

Pag. 77. Reprehendis *Riolanum*, qui scripsit, & demonstrauit authoritate, rationibus & experientia, strumarum in his glandulis Mesenterij sedem & radicem esse. Tuæ obiectiones sunt adeo futilles, ut refelli non mereantur.

Tribus præcipuis respondebo; *inter strumas capitis, & Mesenterij glandulas nulla est communio*. Falsum, istam communionem demonstrauit in *Responsione ad Pecquetum*, pag. 369.

Secunda Obiectio. *Omnes forent strumosi, quia in omnibus haec glandulae*. Non sequitur, non intumescunt glandulæ colli, nisi vitium glandulis Mesenterij inhæreat.

Tertia. *Subalpini aliam haberent Mesenterij conformatiōnēm*. Morbus Subalpinorum non est strumosus, sed Bronchocele. Nescis vtrumque vitium discernere, & vnde nascatur.

Pag. 74. An in ista magna glandula coaceruantur chylus? Quia Venæ Mesentericæ ibi coëuntur in suo progressu ad intestina feruntur quibus applicantur, & sanguinem effundunt, vacuæ reportant chylum ex eadem glandula deprimptum, & secundum earum ductum ad truncum Portæ ascendit, Iecorique distribuitur; An verò in ista lacuna, siue oblonga glandula, qualem depingit, *Vesalius* pag. 564. Venæ sunt abruptæ & ex eo loco nouæ Venæ emergunt, referentes ad Hepar chylum?

De Pancreate & ductu Virsungiano.

Pag. 79. Existimat *ductum Virsungianum* *bi-*
lem expurgare, siue in *Pancreatis coctione*
generatam, siue in *Liene*, utrumque enim *He-*
par subsidiarium censetur. Non capio quid hoc
significet; dixit antea pag. 78. Istum *ductum*
non pertingere ad Lienem, nec ab ea parte quid-
quam expurgare; postea scribit, *ductus iste est*
quasi Vesicula biliaria Hepatis iuxta duodenum,
ut quem usum præstat hæc Iecori, eundem credi-
tur & illa præstare Lieni, nec dubitemus ea de re.
Notate istam contrarietatem in eadem pagina;
*nescit Bartholinus quid scribat in rebus Anatomi-
*cis.**

Pag. 80. Laudat *Riolanum* de inuento doctissi-
mimo istius canalis *Virsungiani*, & addit non so-
lum vomitu, sed etiam per alium prolixi bene-
ficio medicamentorum Cholagogi, feruentem
ibile intemperiem &c.

Pag. 81. *Pancreatis affectus difficiliores sunt*
curatu, quo longius se *Pancreas à medicaminum*
vi remouit intra viscera profunde immersum.
Imd facilis bilis in eo collecta expurgatur, quia
medicamentum è Ventriculo prolapsum, proli-
*cit ad se bilem. Ignoras situm partium & com-
*municationes inter se.**

Omissa Vena Porta.

Pag. ead. *Pancreati succedere debet descri-
 ptio & demonstratio Venæ Portæ cum suis,*

F iij

20 *Animaduersiones secundæ,*
propaginibus ordine dissectionis & demonstra-
tionis partium. Saltē monere deberas reuer-
tendum esse ad Librum tuum de *Venis*, vbi de-
scriptio *Vena Portæ* reperitur.

De Venis Lacteis ad Hepar.

Pag. 83. *Venas Lacteas ad Hepar deferruntur*, ut secundum partium Hepatis diuer-
sitatem, iam *Vasorum trium* habeamus insercio-
nem hæc huius desideratam, quod tamen inficia-
tis in tuis postremis libris *Anatomicis*.

De Hepate.

Pag. 86. *Hepar membranæ cingitur tenui, or-
natæ ab altera Venarum membranæ, quæ à
peritonæo originem habet. In hac vesicula attol-
lantur aquæ, & quibus hydrops, teste Platero.*
Supina rei *Anatomicæ & Medicae* ignorantia! *Venæ Causa* truncus non oritur ab Hepate, nec
ab eo egreditur; Truncus *Venæ Portæ* in Hepa-
tiscentio formatur, quomodo membrana cing-
gens Hepar potest oriri à Membrana Venarum? Rectius dixisses à peritonæo succingente dia-
phragma, & retinoluto supra Hepar istam mem-
branam propagari. Quomodo hydrops ab ipsis
vesiculis procreatur, cum sit hydrops, frustratio
sanguificationis, quæ dependet ab Hepatis ~~usq[ue] ad~~
intemperati, vel male morati? Vesicule
sunt fissuræ Hepatis, per quas exstillat serum in
Cavitatem Abdominis.

Ead, pag. *Vermianum intortos funiculos in alijs*

*membranis Hepatis non semel inuenit. Nescio
vbi collocet istas alias membranas, an foris, vel
intus? Si intus, nullæ sunt, neque foris ullæ ex-
tant, præter illam peculiarem membranam, quia
communi altera & secundaria caret.*

Pag. 86. Ineptè reprehendit *Riolanum*, qui
tria ligamenta, quæ recitat, pro vno habet; quod
Vena Umbilicalem esse contendit, atrefactam.
Nisi misitiosè *Bartholinus* fingeret mendacia,
mihil haberet, quod posset arroderet. Scriptit *Rio-
lanus* vnicum esse ligamentum magnum adnec-
tens & suspendens Hepat Diaphragmati, illud
que esse membranam à Diaphragmate supra He-
pat teuolutam. Alterum ait esse ligamentum à car-
tilagine xiphoïde enatum, quod Vena Umbilica-
lis, subit & ambo reuelant ac suspendunt extre-
mam partem Hepatis, ne comprimat pondere
suo Ventriculum.

Anastomosis Venæ Portæ & Cavae.

Pag. 88. Reprehendit *Riolanum*, quod ne-
gat Anastomoses Venæ Cavae & Portæ, in-
tra Hepat. ipse tamen pag. 89. fatebitur à se diligenter inquirente hūsq[ue] apparuisse, etiam si
folle virus fuerit in Hepate bubulo & humano,

pag. 409. ut mixtaq[ue] hebi, miscantib[us] uero.

Error insignis in Circulatione sanguinis.

Pag. 89. Notate insignem errorem in Medi-
cina. Materia peccans non ex Porta ad Me-
senterium deducitur, ut bacillus creditum, sed

F iiiij

22 *Animaduersiones secundæ,*
exinde Cor transiens, per arterias cœliacas ef-
fanditur, exinde per aluum, vel per ductus bi-
liarios ad intestinum. Ergo bilis æruginosa, a-
ctrabilis, & corruptissimi humores ab Hepate
traducuntur in Cor, inde per pulmones feruntur
ad Ventriculum sinistrum, ut in aortam deriuem-
hur, inde per cœliacam arteriam in aluum; At-
que hæc est naturalis via ex Bartholinio expu-
gandi sordes impurissimas Hepatis. Vi Pharini
per ductos bilarios ad intestinum protruditur,
ideoque Cor erit cloaca corporis, per quod tran-
sire debent sordes non tantum Hepatis, sed etiam
reliquorum viscerum, ut per arterias in aluum
deferantur. Absurditates istæ sunt intolerabiles.

De Valuula in trunco Cavae adūlata

Pag. 90. Quod scribis de *Valuula reperta*
intra truncum Cavae suppositum Hepati, no-
*tatione dignum est, de qua iam pridem monue-
 rānt *Carolus Stephanus*, & *Sylnius*, & ab ipsis
 ego desampsi. Nescio an in homine reperiatur,
 certum est in bobus inueniri, in coitu sive vnio-
 ne ramī Hepatici cum trunco Cavae, ut obliuat
 refluenti sanguini, quod obseruatione dignum,
 ut reges sanguinis & humorum ex trunco ad
 Hepar dignoscatur: id ad proximam multum con-
 ducit.*

Error insignis.

Pag. 94. Non possum capere, quomodo se-
 rum à sanguine in artibus segregatum, &
 bine per reteres ad vesicam, unde postea urino

ad Anatom. reform. Th. Barth. 23
ad cutem abit, & exit per sudores insensibilesque
transpirationes. Dormitabas dum hæc scribe-
bas? Nam vrina in vesica collecta, debet per Pe-
nem effluere, nisi ductus intercipiantur; Natu-
raliter non potest ex Vesica Vrina transferri ad
cutem, & per sudores effluere.

Meatus Cholidocus.

Pag. 98. *Si ad ieiuni finem Cholidocus mea-*
tus inseritur, deiectiones semper biliosas obti-
nent, & ij dicuntur μχιστοι κατω. Quum ie-
jni finis sit longè dissimilis à Vesicula fellea, &
in Umbilicali regione contineatur, quomodo iste
meatus potest huc deferri, intra intestinorum
volumina; colum intestinum sapissime tangit
Vesiculam, & ab ea tingitur simili colore, quod
potest fluidam aluum reddere.

Pag. 106. Non inuenio in tua *Anatomia re-*
formata, responsionem ad partes contra Riolani
opinionem, de Lienis vstione. Tuum ingenium
est adeo occupatum in variis scripturis, ut non
memineris rerum præcedentium, apud te adhuc
retines istas responsiones.

Omissa Venæ Cavae descriptio ordine
dissectionis.

Pag. 109. Ordine sectionis & demonstratio-
 nis, antequam alias partes aggrediatur *Bar-*
tholinus, debebat exponere Truncum Venæ Ca-
 va descendens & propagines, quod non fecit,
 & in hoc manifeste declarat suam ignorantiam

24 *Animaduersiones secundæ,*
in Encheirisi Anatomica, saltem lectorem suum
remississet ad talem paginam *Libri de Venis*:
Nam ridiculum est post administratam omnium
partium Anatomen, de Vena Cava, Vena Porta,
Aorta descendente tractare, cum nequeant de-
monstrari nisi suo loco & ordine.

De Renibus.

Pag. 117. Si secueris Renes secundum longitudinem, numquam catunculas potuisti reprehendere, & perire ostendere spectatoribus. In hoc articulo tuam imperitiam declaras. Quomodo ista operatio fieri debeat, disces ex Riolano, cap. de Renibus: et ab Eustachio lib. de Renibus. Parentem tuum, &c te decepit Nefarius, impudenter in Collegio tuo Anatodico cui Discipuli Riolano conuitantur & insultant. Ad excusationem Praeceptoris dicunt, Dum secantur Renes, secantur etiam carunculae. Et eo modo quo illae secantur, secundo etiam, inepta haec excusatio.

—On the other hand, the same kind of argument can be applied to the case of the present war.

De Capsulis Atrabiliaris.

PAg. 120. Semper quādiu viuet *Bartholini*, pugnabit pro *Capsulis Atrabiliaris*, tanquam pro artis & fociis, quia sunt introductae ab eius Parente, & Filius credit valde auctam, & locupletatam Anatomen istarum inuentione & accessione. *Fatetur in fœtu ipso Renes fere adequare, quia succo melancholico abundant, qui ibi retinetur.* Quod mirum, cur non fluit ad Vesicam per Renes; Si succus Ater & verè melancholicus in intestinis fœtus continetur, qui dicitur *Meconium*, quod editi in lucem infantes excernunt; non potest in ipsis Vesiculis contingi. In adultis istae *Capsulae magis arctantur, minoresque sunt, ergo inutiles.* Rationes, quas profert, sunt ridiculae, quia in adultis est prouentus vberior melancholia atræ. *Sed respondet Bartholinus: paucatim excernit ob robore Naturæ, partim serum exsiccatur, & à Renibus adiunctis comprimitur.* Ergo non facile bilis atræ expurgabitur, quia viæ non sunt liberae, & materia crassior. Miratur quomodo Riolanus potuit videre istam cavitatem, quæ multa pīsa capiat compressa. Figura varia & inæqualis manifeste demonstrat esse glandulam, quæ in fœtu vsum habet, in adulto amittit: nam ex te eius figura modò est quadrata, modò oblonga, subinde triangularis, ratiùs orbicularis, quia raro eamdem figuram seruat, ut ipse declarasti.

Multum laborat in vfa probando istarum Capsularum, sed que ex cogitauit, sunt absurdæ, &

26 *Animaduersiones secundæ,*
 veteris agri somnia , quibus recensendis , &
 examinandis nolo immorari , quia post multa
 verba , quæ duas paginas implent , concludit ,
qui optimè coniecerit , optimus ratus esto . V-
sus adhuc ignorans est . Mihi placent rationes
Higbomi , improbantis istas Capsulas , hunc non
potes recusare , quoniam appellasti scriptorem
accuratum in Anatomicis , libro de Venis La-
cteis .

1. Atra bilis humor est præter Naturam . 2.
 Nec in corpore bene disposito repetitur . 3. Ne-
 que pro eo conceptaculum præparauit Natura ,
 quia Natura ad usus contra Naturam non præ-
 parauit , neque destinauit partes , inquit Bartho-
 linus . 4. Non possunt à Liene haurire , quia non
 recipiunt ab eo Venas , neque arterias . 5. Nec
 humor iste Attrabiliarius potest ad emulgentes re-
 fluere , nisi transeat per Hepar . 6. Nechabent ca-
 pacitatem proportionatam continendo humori
 Attrabiliatio in ijs , qui isto humore vexantur .
 7. Quia non repertitur nisi in morbis corpori-
 bus . Ut Veslingius , Germanus faueret Bartho-
 lino , Dano , quem videbat auditorem assiduum
 & Discipulum , in gratiam Filij , & memoriam
 Patentis , contra suam mentem , istarum Capsu-
 larum mentionem fecit , easque depinxit , qua-
 les hic repræsentantur dissectæ , formâ rotundâ .

De Valuulis Vreterum.
PAg. 126. Valde se torquet in excusando erro-
 re , quem commisit , in *Valuulis duabus , quas*
constituit in extremitate Vreterum . Si legisses

De Vesica.

PAG. 130. Non potest Vesica in viuis Canibus pertundi, resectis omnibus Abdominis Musculis, ut leviter pertusa effundat vrinam, ad distans, quia Vesica superiecta est intefinis, & proxima dorso distat à lumine, ergo falsum est experimentum *Vallae*. Et si tenuiter pertundatur, effluat vrina riuulosè, vt sanguis è Vena, id non probat Musculosam Vesicam.

PAG. 131. Non sunt Lethalia Vesica vulnera, ut putas, quia ratione Membranæ carnosæ dum à nostris Chirurgis Lithotomis lateraliter acutissimo scalpello aperitur, ad emittendam vrinam in ischuria, quando catheter non potest penetrare Vesicam, quamplures eaudunt mortis periculum, si mature fiat istæ operatio.

De Vasis Spermaticis.

PAG. 132. Quando Filius voluit addere aliud de suo, sœpe hallucinatur: intra Tunicam Venarum Spermaticarum arterie ita copulantur, quasi unum esset Vas, & connectuntur Membranæ à peritoneo enata. Ergo habent communem Tunicam, quæ capreolos connectit, & obvolut. Ad eos sunt ista Vasa implicita, ut oculus accurasier discernere nequeat Venam ab arteria, & tamen ab ipsis Capreolis redit sanguis ex te, per Venas Spermaticas ad Cauam. Hæc Vasa sic intorta feruntur inter peritonei duplicatum.

28 *Animaduersiones secundæ,*
ram, & Musculum Cremasterem; Ergo habent
 Membranam à Peritonæo, priusquam ferantur
 per eius duplicitatem ad testes. Sed non possum
 probare cum Musculo Cremastere, nisi ipsum
 eximas, quia Peritonæi processus foris incubit,
 & cum coad testes descendit.

Pag. 134. Ridiculus est iste usus Venatum
Spermaticarum, sanguinem à testium nutritione,
& seminis generatione superfluum reuebere ad
emulgentem sinistram, & ad Venam Cauam.
 Quomodo id fieri potest, cùm antea dixeris ista
 Vasa adeo implicita esse, ut oculus accurior
 nequeat discernere Venam ab arteria: falso asse-
 tis, *Arterias Spermaticas maiores esse Venas*
Spermaticis, cùm obseruemus quotidie contra-
 rium, Venæque Spermaticæ in suo progressu nu-
 triunt Psoas Musculos, & productiones carno-
 fas Peritonæi, ipsūque Peritonæum versus te-
 nes. Deinde in mulieribus nullæ sunt Arteria
 Spermatica à trunco Aortæ prodeentes, sed ra-
 mi hypogastrica arteria ascendunt ad Testes
 Mulieres; quod confirmavit Harvius, lib. de
Generatione Animalium.

De Testibus.

Pag. 135. In alijs Editionibus prætermiserat
Epididymidas, quia ignorabat: quas à Rio-
 lano monitus in ista *Editione reformata* addi-
 dit.

Pag. 137. Notationem de erythroïde Tunica
 correxit, ut etiam Cremasteris traductionem per
 processum Peritonæi.

Pag. 141. Consensus Cordis cum Testibus causas, in secunda Editione se ignorare fatetur. Riolanus indicauit. At ille nunc causam repetit à Venia dictio. (*id est Spermaticis*) ad Cor remeantibus, quia circulationem in Testibus defendimus. Nunc Venas Spermaticas ad Cor remeare assertit, quæ antea desinebant ad Cauam. Quàm futilis est ista tatioinatio! applicari remedia cordialia Testibus, quemadmodum extremis mannum, ut vis cordialis & refrigerans ad Cor perueniat. An per Venas Spermaticas? An potius per truncum cruralem Cauæ ad inguina serum citius excurrit?

Pag. 141. Iam capite 21. plexum Vasorum Spermaticorum iuxta Testes, notauit vocaricorpus varicosum & pampiniforme, pyramidale: ac isto capite 23. Parastatis isthac nomina attribuit, quin etiam Epididymidas appellat, cùm ramea precedenti capite dixerit Epididymida separatum corpus esse, superpositum Testi. Nescit istarum partium structuram & veram appellatiōnem.

Existimat istas partes esse continuas, nempe Vasa preparantia, parastatis, & Vasa deferentia, & pro ratio tantum officio & situ, varijs imposita fuisse nomina. Vasis parastatis est semen perficere & absoluere, vi à Testibus accepta. At i parastate sunt Vasa varicosa pampiniformia, pyramidalia, praeposita Testibus, quomodo possunt semen absoluere & perficere: preparare concedo: Nam modum simpliciter dicuntur Vasa ejaculatoria, vel Vasa Spermatica deferentia, quia semen à Testibus, & corporibus

30 *Animaduersiones secundæ,*
varicosis ad Vesiculas seminariae deferunt. At
capite de Testibus, scripsit vsum Testium esse
calore & vi seminifica semen confidere, ut pluri-
bus probat: Ergo Vasa illa varicosæ non possunt
semen perficere & absoluere, quia præcedunt
Testes, atque id verum est ex prisorum & re-
centiorum doctrina, ex serie & situ partium.

De Prostatis, Vesiculis seminarijs.

Ag. 143. *Vasa deferentia super Vreteres dedu-*
cuntur, & super recto intestino ad Vesicas colle-
vtrimeque dilatantur. Imò longè distant ab vre-
teribus, & si dilatantur super intestino, ut Vesici-
las seminarias constituant, haec non possunt
esse sitæ inter Vesicæ vrinariæ & recti intestini
ligamenta ad latera Vasorum deferentium, quia
sunt dilatationes ipsorum Vasorum deferen-
tium, desinentium ad istas Vesiculos seminarias;
sunt affixæ & adhærentes Membranæ Peritonæi,
quæ Peritonæum constituit cum Musculis &
transuerso ligamento, ab uno Osse Ischijad aliud
exorreto.

Reprehendit *Riolanum*, quod dixerit semen
 in istis locis contentum [qui sunt extra Cauum
 Abdominis, velut antrum separatum] corrui-
 ptum suis malignis vaporibus Viros non tam
 malè afficere, ac Mulieres, *Objicit, Vena sursum*
patent: At semen in Vasis illis deferentibus, pro-
statis & vesiculis seminarijs continetur, quæ non
sunt Venæ: semen muliebre est benignius Virtu-
li, quia est aquosum, nec tam facile putreficit,
nisi fuerit extra tubam effusum in capacitatem
Abdominis,

Abdominis, utrumque magnas turbas excitat,
& suum virus momento & longissime ciacula-
tur, ut docuit *Riolanus*: sed omnia recte scri-
pta displicant *Bartholino*.

Pag. 144. *Pori dilatati prostaton propria se-
des sunt gonorrhœæ*; Ergo semen in ijs contine-
tur, quod inficiaris pag. 145. Attamen compressi
prostatae effundunt feminalem humorum, can-
didum, & crassum: nec in Testibus tantam semi-
nis copiam inuenit *Vesalius*, quam in prostatis.
In capite de Pene, quater insigniter errauerat,
quod emendauit, ex correctione *Riolani*.

De Vasibus Spermaticis Mulieris.

PAg. 154. lin. 24. Vbi incipit trifidus ramus?
Sex istas lineas ex *Riolano* transcripsit, ac ut
suum plagium tegeret, subiunxit, *de quibus vi-
deantur Zerbus, Fallopius, Platerus, aliquæ,*
qui *Riolano*, mibiique *viam demonstrarunt*. Hanc
iniuriam *Riolano* factam, cum insigni menda-
cio, declarauit in *Refutatione Libelli de Vasis
Lymphaticis*.

De Testibus Femininis.

PAg. 155. Nescio quomodo fieri possit, ut *Te-
stes feminini ob caloris augmentum ab anno
decimoquarto contrahantur, ante a mero succo di-
stent*. Ergo sunt minores in adultis, quam Vir-
ginibus, quod est falsum, quia in Virginibus pu-
beribus sunt exsucti ac fermè exsiccati, non au-

G

32 *Animaduersiones secundæ,*
gentur & dilatantur, nisi æstu, vel œstro Vene-
ris intumescant.

De Tuba Vteri.

Pag. 150. Caput 27. secundæ Editionis sic ex-
orditur. *De Vasis semen deferentibus nullus*
ad huc auctor quidpiam veri publico scripto pro-
didit, ut patet ex sequentibus. In tertia Editione
mutauit hunc superbum atticulum, & modestius
egit cum recentioribus Anatomicis; & quamvis
monitus, istud caput fermè totum ex *Riolano*
correxerit, non potest tamen temperare à fuggi-
latione in rebus futilibus, ut gloriam detrahatur
Riolanus, quem tribuit *Zerbo*, inepto Anatomico
id, de quo numquam loquitus est.

Pag. 158. *Tuba Vteri occlusio, ex Fallopij sen-*
tentia (quam pro sua vndeitat, illo posterior
Riolanus, de qua ipse non gloriatur, sed libere
profiteretur, se rectius descripsisse illam vteri Tu-
bam, quam fecit Fallopinus.)

Nihil potest inuenire in *Riolani* scriptis, quod
arrodat, nisi falsa singat, nec *vise Riolano* alia
vix, per quas semen virile potuerit intrare in tu-
bam, ad formandum fætum, quam anfractuosæ
Vasorum ductus. Ipse reponit (sed in vina se-
men masculum spiritibus fæcundum facile illuc
trahi poterat, per dilatatos ductus. Verum est
quod ille scribit, sed affingit *Riolano* id, de quo
numquam somniauit, ut per anfractuosos ductus
extra vterum locatos, semen virile deferatur ad
Tubam, quod est impossibile.

Pag. 163. Mihi est ignotus, & alijs Medicis

ad Anatom. reform. Th. Barth. 33
Mondellus Chirurgus Parisiensis. Fingis nomina hominum, qui numquam extiterunt.

Connexio Vteri falsa.

Non potest collum vteri Ophi sacro adnasci, quia subiectum habet rectum intestinum. *Fundus vteri non annectitur, sed liber est, quia moueri debuit. At pagina praecedenti scripsisti: In medio locatus eit uterus ad nullum inclinans latus.*

Pag. 164. Si ligamenta inferiora rotunda descendunt ad clitorida & femora, quomodo matrix ipsa mouetur & suscum trahitur, aut saltet firmatur, & roboretur in oneribus ferendis, expellendo fætu. Id repetit paulo post dum usum istorum ligamentorum describit.

Addit etiam impedit ascensam Vteri ad superiore, quod verum est; sed usus iste longè dissimilis à praecedenti. Adiunxit ligamentum rotundum usque ad genua descendit: Postea in internis femoris membranam excurrit. Hoc ridiculum, descendere ad genu, & supernè redire.

Vasa Vteri.

Pag. 166. Si Vasa Vteri tempore gestationis adeo turgent sanguine, ut emulgentium amplitudinem, vel Causa aut Aorta medium induant, quis non videt, & agnoscit sanguinem istum non redire per Venas ad Cor, sed ibi remanere ad nutritionem fætus; ergo cessat circulatio sanguinis in ipsis Venis, tempore gestationis.

Gij

Cornua Vteri.

PAg. 172. Nec Cornua Vteri tumefacta magis oberrant, quam Vterus, ut suspicatur Riolanus, alligata sunt suis membranulis, & in abdomen semen effundere nequeunt, interclusis vijs. Cornua Vteri sunt illæ Tubæ seminales Fallopyj, quæ laxè adhærent ligamentis latis & laxis Vteri mobilibus. Possunt semen effundere, quia extremitates sunt dumtaxat occlusæ fibris in se se concidentibus: Orgasmus semenis potest vias istas reserare, sed nullam Baribolinus prætermisit occasionem pungendi & vellandi Riolanum; bene vel male, nihil refert.

De Vtero.

PAg. 173. Fundus Vteri supra os pubis situs est, ut ibi dilatari queat. Ego contra dico situm esse supra os sacrum, & ascendere supra os pubis in grauidis, ut ibi dilatari queat.

Pag. 174. Rarissimè Mulieribus Vterus bipartitus, sicut in brutis, credo tamen talem repertum fuisse in ijs, quæ gestarunt fœtum extra capacitatem Vteri, in illis fuit Vterus bicornis, & semen ex cavitate Vteri repulsa ad cornua reor.

Pag. 175. Ex membranis corrugatis hoc orificium, ut Vterus maxime constat, qua explicata in immensum dilatari queunt. Quasi verò Vterus sit plicis contextus, & similiter orificium internum Vteri. Quod est falsissimum: quomodo

hac ista dilatatio cum crassitie, exposui in *An-*
tropographia.

Pag. 183. In medio fossa apparent quatuor Cae-
runcula statim post alias. Nullæ sunt præceden-
tes, nec illas exposui. Clarius situm exposuisse:
vna est anterior, vel potius in ambitu foraminis
meatus vrinarij : secunda huic opposita est poste-
rior, reponere, est inferior, duæ reliquæ sunt col-
lateralæ.

Pag. 187. Ortum ligamentorum clitoridis cor-
rexit, & plurima ex *Riolano* deprompsit.

189. Reprehensus à *Riolano*, quod illi impo-
neret, delevit Lineas istas: *Foramen inter bas-*
inas medium obseruauit Riolanus, alteram ma-
gnam rima partem in *Virginibus* equare, quæ
omnia erant falsissima.

De Fœtu.

Pag. 192. Quæ proponit discrimina partium
in Fœtu, ex *Riolano*, sunt deprompta lib.
6, de Fœtu Humano, sub finem.

Pag. 195 *Vnica placenta in ijs, qua gemellos,*
pluresve Fœtus gestant. Distingue: gemelli
eiusdem sexus, habent eandem placentam com-
mūnem; qui diuersi sunt sexus, habeant suam pro-
priam.

Pag. 196. Dubito de ista obseruatione, quod
in Vasis Uterinis motus sanguinis sit diuersus,
seruando motus circulationis *Hæmœianæ.*

Pag. 198. Pars sanguinis per arterias Iliacas re-
greditur ad placentam. Dicere debueras in Fœtu
per Umbilicales arterias enatas ab Iliacis.

G iii

De Mamma.

Pag. 210. In hoc capite duos notabiles errores corredit monitus à Riolano. Dein monitus fuerat ut emēdaret errorem quem adscribit Hollerio duplicem papillam in Vtero Mammæ lacreddere: retinuit Vterum pro Mamma.

Pag. 211. Pericardium Cordis figuram emularetur, & ferè magnitudinem. Indò superat amplitudinem Cordis.

Pag. 212. Quærit an chylus feratur ad Mamas, ad generationem lacticis, & quomodo. Exstimat per tubulos chylidochos Pecqueti: At illi reperiuntur in Viris, ut in Mulieribus. Dum se torqueret Guiffartus in perquirendis vijs, omisit Venas Mammarias, internam & externam ad deducendum hunc chylum ad Mamas. Dum taxat mentionem facit Thoracicarum Venarum:

De Diaphragmate.

Pag. 217. Falsum est pulmonem in peripneumonia lœsum non inferre delirium: id notauit Hippocrates, & quotidie obseruamus.

Pag. 218. Debueras nominare Authorem qui vocavit Diaphragma Cinctum, & explicare quomodo duplex Diaphragma existat. Quæcumque ab alijs dicuntur an vera vel falsa, non expendit.

Pag. 220. Ad cordis ictus sustinendos pars Neroſa Diaphragmatis fortis esse non debuit, ut sufficiatur Riolanus, quia mucro cordis in pulsu buco non alliditur, nam ferit pectus Cor, cum

in systole erigitur. Declaraui satis dilucidè quomodo fieret Cordis motus, *in mea Anthropographia, & lib. de circulatione sanguinis.* Fateor Cor ferite pectus in sua systole, sed basi sua cum eminente Aorta, quæ medium Cordibasis in sua occupat. Duos insignes errores correxit in Diaphtagmate, monitus à Riolano.

Pag. 221. Nec ineptè Galenus risum sardonum tribuit Mysculo lato quadrato, quia ad labra peruenit, totamque faciem obvoluit usque ad auriculas, frontem, & tu id ignoras. Non possunt Nerui Diaphragmatis, qui oriuntur inter quartam & quintam vertebram colli Nervulos superne recurrentes ad faciem transmittere. In castratione risus est conuulsivus, similis rictui canino, & dependet à Nervo sextæ coniugationis, qui perreptans totum Peritonæum, usque ad imum hypogastrium, traducitur per procecum Peritonei ad testiculos, quem aliquoties obseruavi, ut notauit Vesalius.

Ead. pag. *Foramina patentia Diaphragmatis admittunt ex inferioribus transitum Vaporum crassiorum,* cum sanguine, etue transire possunt per substantiam carnœam Diaphragmatis, ac per illa foramina quæ sunt strictè occlusa.

Pag. 222. Male explicat motus Diaphragmatis. *In inspiratione tenditur Diaphragma, in expiratione remittitur, id ex distinctionibus visus didicit.* Intestina ascendunt in inspiratione, descendunt in expiratione; in inspiratione dilatatur Thorax, in expiratione constringitur, quando fuligines expelluntur, & pulmones detumescent, unde ibi eleuatur Diaphragma, hic de-

G iiiij

38 *Animaduersiones secundæ,*
primitur. Diaphragmatis vera actio est sui corporis tensio, quæ fit per contractionem; dum abbreviatur, & ad rectam lineam accedit, ex incurvo fit rectum, adducitque deorsum nothas costas, vnam aut alteram veram costam; tumque descendit. Relaxatio Diaphragmatis, est quies, dum sutsum ascendit, reuulsu[m] à Mediastino, quod fuerat infernè retractum, & extensus, in tensione Diaphragmatis. In ista Tensione dilatatur Thorax, quia longior & amplior redditur infernè, tumque compelluntur deorsum intestina. In relaxatione constringitur Thorax ascensu Diaphragmatis, tumque ascendunt intestina. Tensio illa fit in inspiratione pulmonibus amplificatis; Relaxatio in expiratione detumescientibus, quando per vulnera Diaphragmatis intestina subeunt Thoracem, id accidit in dilatatione Diaphragmatis descendenter, tumque intestina quæ sunt in perpetuo motu, per foramen ingrediuntur cavitatem Thoracis, quod mihi non semel obseruatum: denique ut verbo absoluam motiones Diaphragmatis in libera, facile & naturali Respiratione, fiant quasi fluxu & refluxu, seu ascensu & descensu leui huius partis, cum leui tensione, in inspiratione naturali. In coacta mediocri iste motiones à me commoratae fiant & eduntur,

De Mediastino.

Pag. 225. *De Mediastini cavitate, quam ipse negat, Riolanus ei obiecit ipsum admittere Mediastini cavitatem, in qua humores colliguntur.*

ad Anatom. reform. Th. Barth. 39
tur, & putreficunt, & perforato sterno, sine noxa
educuntur. Atque in hac duplicatura, si vul-
nus anterius inflictum penetrat, satis tutum est,
quod Anatomes imperitus lethale pronunciaret.
Ita exposuit Bartholinus, ut satis fiat Riolano
ei contrario. Hæc intelligenda sunt, nam ma-
iorem in quo Cor perpetuò mobile est situm, ne-
mo sanus negauerit. Subiungit, in hac cavitate
majore, siue in hac duplicitate, si vulnus ante-
rius inflictum penetrat, addidit (leuiter illæso
corde subsidente) satis tutum est. Nunc vult
vulnus esse leue, ut Cor subsidat & remoueat se
ab ictu. Quales sunt istæ nuge, ut regat suam igno-
rantiam. Ut agnoscas istam cavitatem accurate
descriptam lege Vesalium capite de Mediastino :
Iustum Authorem pro iudice non potes recusare.

De Thymo.

PAg. 228. Noluit agnoscere suum errorem in originatione glâdula Thymi, quam obstinatè defendit in suo Collegio Anatomico : si noluerit cedere rationi, legat *Anatomia Salomonis Alberti, 2. Editionis. Negat ebullire sanguinem in ira, & effervescentia sanguinis in hoc loco : cum tamen sit ibi diuisio trunci Cauæ, in subclauias, & exortus iugularium, ceruicalium anteriorum, simûlque Aortæ ascendentis distributio.*

Nullus est in vnquiero corpore locus, ad quem sanguis maiore copiâ confluat, ac proinde fervor ibi adesse potest. Atque ut sanguis maiore copia effundatur in iugulatis animalibus, porcis, boibus, lanijs supra sternum cultrum profundè adi-

46 *Animaduersiones secundae,*
gunt : hoc loco aperto vniuersali corporis sanguinem momento exhauiunt, è Capite, Thorace, & Ventre inferiore. Addunt Discipuli : *dixit Riolanus, Gallis dici Thymum, Fagouë, &c rū paxiū, alias Fressure d'un Veau, quibus pre alijs arridere solet.* Sarcasmus ridiculus, & dignus Bartholino, qui vitulo similis est.

De Pericardio.

Pag. 219. In secunda Editione scripsérat pericardium centro Diaphragmatis adhærere in homine, distare in canibus & simijs, non in bove deleuit inepit quod est verissimum de bove, quia scriptum à Riolano.

Pag. 231. Ridiculus es, dum obstinatè contendis hic & alibi Edito libro, quem non vidi, nec legi, ex latere Christi perfoſſo effluxisse quidem aquam & sanguinem ; sed istam aquam conclusam fuisse in cavitate Thoracū, & inde manasse, non autem ex pericardio. Hec aqua ex te collecta erat in cavitate Thoracis; at illa duplex Mediastino separata, & naturaliter grauitate sua descendit aqua, incubitque Diaphragmatis lateribus, versus nothas costas. Ideoque quando latus *Saluatoris nostri* lanceā perforatum fuit, non potuit effluere, nisi lateraliter versus imas costas latus apertum fuerit, ut nos solemus in Paracentesi Thoracis; An in utraque cavitate, vel alterutra contineretur aqua, nescis, & quā quantitate ; nam nisi in dextra cavitate ad sesquibrām, aut libras duas contineatur aqua, perforato latere in veris costis, ut factum fuit in *Sal-*

uatore nostro, pernego in corpore recto, quale erat Corpus Christi cruci appensum, aquam effluere posse, in cuitate collectum, quia sanum erat Christi corpus, nec hydrope pulmonum laborabat.

Propterea satius est credere miraculosum fuisse istud effluuium aquæ & sanguinis è Christi latere, quam inepte philosophari, ut tu fecisti, contra doctrinam Patrum Priscorum Ecclesiae verè Christianæ.

De Corde.

Pag. 233. *Cor morbos pati certum est. Sed quia longius à remedijs distat, proferre aquæ non posse: Imò, per circulationem sanguinis remedia citò & sapientius ed peruenire possunt. Sed ibi remanere & Cor quiescere nequit.*

Pag. 233. A palmonibus vndique cingitur. Imò non potest cingi, nisi lateraliter propter adhesionem, quam habet cum centro neruo Diaphragmatis, & sterno, ratione Pericardij, & Mediastini cavitatis.

Pag. ead. Motus Cordis magis in sinistro latere persentitur, quia in sinistro eius Ventriculus spiritus vitalis continetur: quia mucro Cordis sinistram spectat, sub laua papilla, ut Diaphragmati cedat. Quomodo cedere potest Diaphragmati, cum sit reuolum, & quasi affixum ad Diaphragmatis centrum?

Pag. 236. Reprehendit Riolanum, quod dixerit Coronarium Venam adipi reparando dicatam esse, per nutritionem, quia adeps à vaporibus

42 *Animaduerfiones secundæ,*
Cordis, sine venis potest generari. Attamen ita-
 tuis Venam Coronariam reducere sanguinem ex
 nutritione superfluum in Venam Cauam. Quis
 vñquam credidit ex vaporibus adipem generari,
 multo minus in corde?

Pag. 29. In plurimis obseruatum fuit Cor pi-
 lis referrū. Tale Cor habuit *Hermogenes Rhetor*,
 cuius ingenium præcox ipsum ad dementiam re-
 degit. Cor eius erat stupenda magnitudinis, te-
 ste *Cælio Rhodigino*. Præterea, in *Leonida*, ex
Plutarcho, in *parallelis*, & in *Lysandro Lace-
 demonio*: & in *Cane Alexandri Magni*, Cor
 similiter hirsutum deprehensum fuit. Nonnulli
 Recentiores in quibusdam latronibus insignibus
 testantur se hoc vidisse. *Amatus Lusitanus*, in
suis Centurijs Medicis: & *Marcus Antonius
 Muretus*, lib. 12. *Variarum lectionum*, cap. 10.
 narrat cùm Venetijs esset, sumptum esse capitis
 supplicium denibili quodam latrone, qui cùm
 à carnifice dissecaretur, corde admodum piloso
 repertus est. Addit, roboris & astutiae esse id ar-
 gumentum.

Pilus iste supra Cordis superficiem pullulat
 contra naturam, estque morbus organicus non
 innoxius, quia potest incommodare actionibus
 Cordis, molem eius amplificando, atque liber-
 tam motus impediendo intra Pericardium.

Pilus iste Cordis procreatur, vel ex serosi hu-
 moris in Pericardio contenti crassamento Cordi
 adhærente, vel ex calidi Cordis fuliginosis ex-
 crementis condensatis & agglutinatis Cordi. V-
 troque modo Cor isto ambitu & amictu piloso
 circumdata, sanum esse non potest.

ad Anatom. reform. Th. Barth. 43

Memini me legisse apud Hieronymum Monzum, in Therapia infantium, ijs acerbissimos dolores in dorso excitari interdum, quibus diu cruciantur cum ejaculatu perpetuo, tandemque conuulsionibus Epilepticis intereūt, dum Medici curam adhibent ad sedindos istos cruciatus; si nihil proficiant remedia Ventrī adhibita, ad frictiones & fortis dorsi deueniendum putat, ut Pili subcutanei erumpant, quibus euulsis dolor evanescit.

Dubito an isti Pili sint indices aliorum in Corde enatorum, vel à Corde materia istorum pilorum in dorsum transmissa fuerit. Eleganter Rhodiginus, lib. 4. *Lectionum Antiquarum*, cap. 16. scribit. Periti naturalium tisū id excipiunt, fibulosum opinati in Corde pilos enasci; cùm ego plusquam centena cadauera suspēsorum sicciorum audacissimorum dissecuerim, nusquam tale Cor hirsutum à me deprehensum fuit, nec ab alijs visum fuisse memini, atque in calidissimo Corde pilos fruticare vix crediderim, quia calidissima & aridissima tellus sterilis est, nec alias herbas producit.

Pag. 240. *Cor potius pro iuuamine auriculis adiungi, ut viribus pollens majoribus auricularum defectum suppleat.* Atque hic vsus secundarius Cordis à te designatus, qui ridiculus est, quia numquam defecisse auriculas visum fuit.

Pag. 243. *Systole motus proprius Cordis, & naturalis, diastole accidentarius est.* Sed nulla potest esse systole Cordis nisi præcesserit diastole, per quam recipitur sanguis, per sui dilatationem, ergo diastole est aquæ proprius motus Cordis, atque systole.

44 *Animaduersiones secundae,*

Pag. 246. *Abscissio mucrone vini Cordis, vel per medium dissecto Corde, in contractionibus singulis profluit sanguis donec Cor sanum, quod sepe vidisti. Quid hoc significat? potest ne sanum esse Cor per medium dissectum?*

Pag. 249. Reprehendit *Riolanus*, quod dicit basim Cordis reuelli versus mucronem. Negat ille & objicit, quod *Riolanus* scripsit *Basis forti nexu Vasis adnatam, ineptam esse, ut ad conum reducatur.* Id nunquam asseruit *Riolanus*, basis enim mobilis est, propter mollietatem & auriculas, quae reuelli debent, ut euomant suum sanguinem; atque cum truncus cauat patentissimus & valde laxus iuxta Cor, facile potest reuelli.

Pag. 250. *Anterior Cordis facies versus sternum attollitur pricipue circa basim, nam pectus basis ferit, ubi pulsus sentitur, quia pars illa sublata est sternaque vicinior, maxime autem in sinistro latere pectori sentitur pulsus, quia ibidem Aorte orificium.* Atque haec est *Riolani* opinio, contra omnes Anatomicos, quam protu produxisti. Contrarium scripsisti, pag. 220, cum agis de centro Diaphragmatis, quod Cor mucrone suo non tangit.

Pag. 251. *A sanguine continuo mouetur Cor in stir rotæ molendinariae, perpetuo insultu aquarum agitate, quo intercepto cessat.* Istam comparationem delumpingisti ex *Riolano*, qui primus dixit, hanc esse veram causam motus continui in Corde per circulationem sanguinis assiduam.

Pag. 264. *Cur officula in sinistro Cordis Ventriculo reperiantur, rationes profert ineptissi-*

ad Anatom. reform. Th. Barth. 49

mas; utitur hoc defectu Natura ad cardinalem motum sanguinis incitandum & accelerandum, sicut aquae injecto ligno faciliter labuntur, vel ne sanguis totus grumescat, sicut mulierculæ & laniones bacillo agitant sanguinem, ne in grumos concrescat. At os Cordis est immobile, firmiter infixum, nec aliud est quam radix Aortæ indurata in senibus.

Pag. 267. Mihi valde placet demonstratio Bartholini de septo Cordis per uno. Quamuis contrarium scripsit Vesalius, diversis in locis, & ab eo istam opinionem deprompsit Columbus, eius Auditor & Discipulus.

Pag. 268. Reuebentes arteria Aorta & Vena arteriosa, valvulas gaudent Sigoideis seu Mitralibus. Attramen, pag. 271. Arteria Venosa se tribuit duas valvulas quæ innante mitram Episcopalem referunt. Incogitanter ista scripsisti.

Pag. 266. Prudenter mones ex Celso, nibil stultius, quam quale quidque viuo Homo est, tale existimare esse moriente, imò mortuo. Id obijcio aduersus tuam supputationem de circulo sanguine per Cordis Ventriculos, & de tua Anatomia viventium animalium, nimis curiosam; & quæcumque dixisti de motu Cordis in animalibus viuentibus, ex aliorum relatione, & tua obseruatione, falsa esse credo.

Pag. 274. Non intelligo quid velis, cum agis de vnu unionis Vasorum Cordis in Foetu. Cor in Foetu etiam imperfecto post tertium mensem mouetur, ut ouatestantur & embryones; Credo te intelligere tertium diem, pro tertio mense, nam oua post tertium diem micare certum est, ex Aristotle, & aliorum obseruatione.

Dubitaciones Vesalij de Corde.

Multa proponit *Bartholinus* in *Historia Cordis*, quæ credit esse noua, præcedentibus Anatomicis indicta & ignorata; ut igitur illi hinc credulitatem adimam, decerpsum ex *Vesalio*, ei incognita, pag. 746.

Ipse *Vesalius* dubitat de transitu sanguinis per medium septum Cordis, ab eo deprompsit suam doctrinam *Columbus*, eius *Discipulus*.

Venæ habent ubique comites arterias, atque Venæ communicant inter se, & inter arterias, quod variis in locis demonstravit. Dubitat an solius natiui caloris gratiâ tantæ arteriæ Ventriculo, Intestinis, Lienique insertæ fuerint; quia credit etiam Arterias deferre chylum ad Hepat & Lienem.

Membranulas intra Venas constituit, quæ impetum fluentis sanguinis impedianter variis in locis: intelligit Valuulas.

Mutuuus est fluxus & refluxus sanguinis per Venas & Arterias. Nonne subolfecit istam circulationem sanguinis adeo celebratam?

Valuulæ Cordis non sunt adeo occulsa, ut impedianter regressum materierum.

Aures Corde viuo, per transuersum dissecato, & Cordis motu prossus quiescente, adhuc mouentur & palpitant.

In Foœtibus & nuper natis tam grandes occur-
gunt, vi sint adultis æquales.

Dextro Cordis Ventriculo aperto, Cor ni-
hilominus

hilominus mouetur, aperto sinistro Cor cessat,
remanente motu auricularum.

Execto Corde animal adhuc viuit, & ligatis
Vasis Cordis, ac exempto Corde canes & feles
cucurrisse vident *Vesalius*.

Si tubulum intra asperam arteriam intrudas,
& insufflueris, pulmones inflantur, Cor immo-
bile resurgit, & motus suos pulchre exercet.
Hac administratio (inquit ille) *huiusmodi est,*
qua optimè pulsuum naturam, Medicinae can-
datis proponere soleo.

Dubitat de actione Lienis, nec audet quid
sentiat pronuntiare, ratione substantiae, quam
aliter describit contra doctrinam Anatomicorum.

Crystallinum humorem non putat esse præci-
puam oculi partem, & ab eo videndi facultatem
dependere.

De Nervis Pulmonum.

PAg. 282. *Riolanus* dixerat à Stomachicorum
Neruorum implexu sub Pulmonibus Ner-
uulos deferri ad Pulmones. In secunda Editio-
ne reprehendit *Riolanum*. Istam reprehensio-
nem delectuit, & addidit, se vidisse ex sexto pari
plures intus disseminatos: Nonne stomachici
sunt portiones sexti paris Neruorum? Altera
portio intra Thoracem constituit Nerus recur-
rentes, quos debebat nominare, vel stomachi-
cos, cum sint ambo portiones sexti paris iuxta
claviculam bifidi.

H

De Larynge.

Pag. 295. Vera est Riolani exprobratio, quia tu monitus, Musculorum origines, & infertiones correxisti, & quædam ad excusationem addidisti. Nolo in istis correctionibus designandis immorari: curiosus Lector, qui secundam & tertiam Editionem habuerit, id annotabit, ex triusque comparatione.

Pag. 296. *Cricoidis in stirpier annuli Turcici totam Laryngem ambit.* Imò est intrusa Tyroidei cartilagini. Addis, est basis reliquarum cartilaginum, quare & immobilis, quod verum est.

At pag. 294. Ut evitaret reprehensionem Musculi, quem imperiti vocat, Tyroctricoideū, quia non inseritur in Cricoidem, addit, trahit annularē ad cartilaginem scutiformem leuiter, quia fermè immobilis; Ergo leuiter mouetur.

Ridiculae Vesiculae.

Pag. 297. Noluit corriger de Vesiculis, quæ adstant amygdalis, in quibus simiæ castaneas nubes recondunt, & Gallicè vocantur *des Bouges*. *Riolanus* notauit, quid in homine locum tenet istarum Vesicularum in *Antrhopographia*, cùm nullæ sint Vesiculae.

Musculi Oesophagi.

Pag. 300. Musculos Oesophagi ex *Riolano* corrixit, & appellationes retinuit, quas tri-

ad Anatom. reform. Tb. Barth. 49

buit Spigelio, & Veslingio. Attamen in quarto Musculo inuerecundè reuinuit hæc verba : *Oritur communiter à mento, sed iuxta recentiores, à capite superiori infimo loco : nec pudet gloriari, se descripsisse Musculos oesophagi, qui ab alijs secō pede prætereuntur.* Cùm igitur tacitè agnosceret istum Cephalopharyngeum rectius descripsisse quam antea, duas lineas deleuit in hac Editione. *Hic Musculus est in cuius fabrica omnes errant, ysum rerum aut ignorant, aut masticationi tribuunt, & lingue motioni.*

De Pilis.

PAg. 303. Mihi valde suspecta est Historia Ambrosij Paræi, de incremento Pilotum per viginti quatuor annos, post tonsuram diuersis temporibus factam; Nam resciui ab antiquis Medicis, qui familiariter hominis ingenium nouerant, sèpius Medicis & Chirurgis imposuisse : Non est verisimile in homine mortuo Pilos crescere & pullulare, defectu caloris, & materiae conuenientis.

Pag. 304. Dum explicat, cur potius homines caluercant in sincipite, testè causam assignauit. Voluit emendare secundam Editionem, & aliquid immutare, & turbauit sensum : nam pinguedo & musculi sunt in occipitio, in temporibus desunt. Vide si aliquis sensus extat in tuis verbis, nam aut pinguedo sicut in occipitio & temporibus, ideo ibi cute quasi testacea redditæ, capilli decidunt. Nolo sigillatim annotare, quæ ex Riolano deprompsisti, mihi sufficit monuisse.

Hij

De Cerebro.

Pag. 308. Productionem pericranij à dura Meninge ex Riolano mutuatus es, suppresso nomine.

Pag. 309. *Cerebri motus, qui constat diastole & systole ex te*, me iudice, pertinet ad duram Meningem, quæ tota conspersa est arterijs à carotidibus ad verticem ascendentibus, vt suum sanguinem effundant in sinus, ruptâ vel discissâ hac Membranâ; Verus motus Cerebri, fit per eleuationem & depressionem totius substantiarum, ad excipiendos spiritus intra Ventriculos, & compellendos in spinalem medullam. Propterea dura meninx suturis affixa est, & intra Cerebrum in duas partes diuisum descendit, usque ad corpus callosum, vt Cerebrum suspendat & sustineat.

In magna capitis contusione percusso fortiter capite, istæ cōexiones laxari vel dissolui possunt, tum Cerebri moles non potest postea attolli, quod diligenter notandum in percussionibus capitis. Repetit istum motum Cerebri, pag. 321. & 323. Sustinuit in Cerebro contineri spiritus animales pro sensu, in spinali medulla, alios pro motu. Quod est prorsus falsum. Vnus idemque spiritus in istis locis continetur deriuatus à Cerebro.

Pag. 316. *Ventriculus quartus ab eo statuitur, ut sit locus generationis, & elaborationis animalium spirituum; in eo enim loco est situs, ut vndeque circasē in omnes Nervos spiritum animalem effundere posse. Id reperi paginâ sequenti. Sed*

ad Anatom. reform. Th. Barth. 51

non admitto superfluum animalem spiritum conseruari & retineri in toto Cerebro tanquam promptuario, debet ab eo loco refluere. Fateor equidem spiritum animalem diffusum esse per totum Cerebrum non tanquam in promptuario, quod est in Ventriculis anterioribus Cerebri, & aliis canitatis superioribus intra sinus duræ Meningis, quia Cerebri substantia mollis & cerea non est permeabilis, & transpirabilis.

Pag. 329. *Rete mirabile abesse memini.* Hoc impossibile: nam totius Cerebri structura peruerteretur; Ex ipso Baribolino istius renis usus est, ut fiat prima preparatio pro generatione animalis spiritus.

Pag. ead. *Rete mirabile ad basim Cerebri eandem collocat Riolanus*, nempe propaginem choroides plexus, qui anteriores Ventriculos perrepit. Impostura. Scripsi plexum choroidem descendere ad basim Cerebri, sed numquam esse rete mirabile dixi.

Pag. ead. Glandulam pituitariam unicam describit, & pagina sequenti, glandulas duas constituit, quod inventum est Riolani, cum quatuor canaliculis choanæ.

Pag. 337. Laudo refutationem Cartesij & aliorum, qui constiunt nidulum anime in Conario: Addo Conarium esse amplius & maius in pueris, & in brutis, quæ non ratiocinantur. Ergo nouitas hæc pro roris reicienda.

Pag. 339. Ista inflatio carotidum in collo, fieri potest commode in ijs, qui non fuere laqueo strangulati; nam Vasa in parte superiori collis iuxta caput, sunt plerumque abrupta, & summa

H iii

32 *Animaduersiones secundae,*
dexteritate opus est in resecanda calua, ne dura
meninx rescindatur. Id sepius exequutus sum, vt
demonstrarem distantiam duræ meningis à Ce-
rebro.

Pag. ead. *Nec abs refuerit, quoties noua secan-
di datur occasio, toties in aliqua parte sectionem
immutare; sic enim fieri ut semper aliquid offera-
tur, quod prius inobseruatum, aut neglectum, aut
non satis distinctè fuerit animaduersum.* In ad-
ministratione Anatomica Cerebri, non potest vna
pars secari, intactâ alterâ, propterea ambæ debent
administrari, tuâque admonitio est inutilis.

De Oculo.

Pag. 340. Oculi siti sunt in antris ossis *Periostio* succinctis. Falsum est, interim nota-
bis & antrum Oculi, sive orbitam interiorem, &
palati Ossa, & cavitates aurium, & internam
caluaria superficiem carere Periostio.

Pag. 342. Quæ reprehendit de orbiculari Mus-
culo palpebrarum *Spigelius*, vel potius *Bucre-
tius*, hausit ex *Riolano*. Atque sustineo *Spigelij*
& meam opinionem verissimam, intuitu *Bartho-
lino*. Tu non es adeo oculatissimus, & expertissi-
mus, vt tibi credatur. Non potes recusare *Vesa-
lium*, qui duos constituit ortu & progressu & a-
ctione differentes, cap. 9. lib. 2. Ille docet quomo-
do sit intelligenda palpebra retorta, apud *Hippo-
cratem, libris Præsagiorum*, cuius Oraculi gra-
tiâ non oscitanter palpebrarum Musculos à stu-
diosis obseruari vult.

Pag. 343. *Musculus attollens palpebram supe-*

riam

ad Anatom. reform. Th. Barth. 53

riorem circa Neruum opticum exortus, & tendine in palpebra extrema definit. Debebas aliter explicare. Oritur à parte profunda orbitæ iuxta foramen opticum osseum, & Musculo attollenti Oculum supertensus desinit in extrema palpebræ. Tu numquam istum Musculum dissecasti, nec vidisti in suo situ.

Pag. 344. *Musculi Oculorum humanorum sex sunt, sive omnes intra calvariaæ canitatem, Neruum opticum comitantes. Scio orbitam esse calvariaæ cavitatem externam. Debebas dicere enas- ci à profunda parte orbitæ. Addis, horum tendi- nes omnes simul ad corneam iunctæ sub adnata constituunt tunicam innominatam. At obliquus minot est externus & obliquè situs, nec eò per- tingit. Neque rendo Trochlearis Musculi sive obliqui maioris non comitantur Neruum Opti- cum, sed tantum quatuor recti perueniunt ad corneam. Postea in enumeratione rectè ipsos de- scribis, semper tamen tibi contrarius.*

Pag. 345. In fistula lacrymali curanda per vstitutionem, Chirurgi longè recedunt ab ista cartila- gine annulari, quæ est infra glandulam lacryma- lem, propterea inutilis tua admonitio, cùm num- quam videris istam operationem.

Pag. 347. Pupillæ circuitum non esse separa- bilem Plempius existimauit, quem sequutus est Bartholinus. Sed plerasque rationes, quas pro- fert Riolanus, non est assequutus. Nam cuspi- de scalpelli ambitus Vueæ tractus, orbiculatim diuellitur, sine laceratione, in bouis oculo ebul- lito separatus cernitur. Præterea fibras habet peculiares, & motum.

H iiiij

34 *Animaduersiones secundæ,*

Pag. 350. Ineptè addis vitream tunicam, quæ vitreum humorē vestit, ne diffuat, & à crystallino separat: eadem præstat Retina, sive amphiblistroides, idcōque non est opus tuā vitreā tunica imaginariā.

Omisisti in Oculo spiritum Visuum insitum, qualis est in aure, & iste spiritus implet formatque cum humoribus rotunditatem Oculi, in Medicina magnæ considerationis.

De Canali à Concha ad Palati latera.

Ag. 356. Ductus exiguis cartilagineus ab oris Cœba, iuxta latera apophysēos pterygoidea ad Palatum abiens valuula donatus est, quam tamē negat reperiri Riolanus, veteranus in re Anatomica dōctor. Ironicas ista dixit, sed merito meo de ista parte Medicinæ possum gloriari, tingente, & inuidente Bartholino, qui numquam vidit & ineptè descripsit istum canalem, cùm apophysis pterygoidea sit in basi Cerebri extra Concham, quomodo potest esse ille ductus in Concha iuxta latera istius apophysis? Quo fine ista valuula non explicat, nam iste meatus semper patere debet, & per eum portio Nerui auditorij traducitur.

Ex te Nicotianæ famum ore haustum quidam reddunt per aures, oscitando, interdum aer affatim haustus fertur ad Concham, & susurros patit per aliquot horas, donec discussus fuerit. Per masticatoria depletur auris, surdi ore aperto audiunt.

Nasi Musculi.

PAg. 358. Nasi Musculos cum Casserio multi-plicas inutiliter : vis videri peritus Anatomicus in istis minutis, cum tamen in grandioribus Musculis appareas valde imperitus.

De Lato Musculo Colli.

PAg. 361. *Latus ille Musculus sub colli cute iacens, quem veteres à cute non distinxerunt. Nunquam legisti Galeni librum de Differetione Muscularum, nam ipsum peculiari capitulo describit, initio libri. Et hic primus, ex Galeno, in spacio Cynico conuellitur : extendi per faciem notat. Attitamen pag. 211. linea 2. ad labia non peruenire scribit.*

Pag. 362. Serui apud Persas pellibus vinciebantur ne siquerent, aut loquerentur, teste *Marcellino* : debebas exponere, quomodo pellibus vinciebantur, at in ventre, vel in ore.

Labiorum Musculi.

PAg. 361. 362. 363. *Labiorum Musculos imperte describis, ac imprimis illos qui sunt baccis & labijs communes. Quadratus extenditur supra faciem: si ita est, nulli alij Musculi sunt perquirendi, sed Musculus iste prout variis partibus adhæret, mouebit Nasum, labia: sed petitiores Anatomici inuenere Musculos separatos, labiis destinatos, qui non sunt portiones Musculi la-*

56 *Animaduersiones secundae,*
tissimi, quia mento affigitur, & lateraliter ver-
sus aures protenditur, propterea remouendus à
Musculis labiorum quadratus, sed admittendus
buccinator: alius in centro huius obseruatus non
reperitur, commentum est Caserij.

Male describis Musculos labiorum proprios,
quia duos assignas labro superiori attollēdo, nul-
lum deprimendo. Inferius labrum vnum parmo-
uet paruum, quem tamen duplex adesse debeat,
ut sursum erigatur, deorsum deprimatur; secun-
dum par labiorum quod vocas commune, non
potest istas actiones obire.

Pag. 363. Musculos maxillæ inferioris, more
Spigelij & Veslingij, ex Riolo transcribis,
mutatis quibusdam verbis ad tegendum plagiū.

De Gargareone.

PAg. 368. *Ligamenta duo lata utrimque Gar-*
gareonem connectentia describit Riolanus,
qui legimeretur. Hoc in loco dumtaxat Riola-
nus lectione dignum iudicasti, & ligamenta illa
homo haber pro vesiculis simiarum, quas tribuisti
supra homini.

De Osse Hyoide.

PAg. 369. *Os Hyoides mobile est obscurè, ne*
ut putas Valleus, perpetuò gula incumberet;
& ita ciborum impediet deglutitionem. Imò
Laryngis & Pharyngis ascensu & descensu mo-
uetur in deglutitione: Nam lingua basi est, &
alis Thyroidis cartilaginis adnectitur.

De Lingua.

Pag. 370. Frænum in plurimis recens natis adeo totam Linguam alligat, ut diuelli obstricu[m] yngue (quod tamen perniciosum, nec admittendum) aut Chirurgi scalpello soleat, ne suetio[n]e & futurae loquelæ impedimento sit, & ut libere volui ac moueri queat. Ceterum imperite omnibus indifferenter infantibus interfecant, quum ex mille, quibus remansit, vix unus balbutiat. Fallax est tua experientia, & tuum consilium improvidum, satus est prolongatum istud frænum mature rescindere quam relinquere. Nam successu temporis, septimo vel octavo anno adeo crassescit & obfirmatur carni linguae intrusum, ut postea difficile separetur, remanente balbutie. Quod tamen cum moderatione fieri deber, nisi enim id esset ligamentum, lingua nimirum aliquando retrorsum in se colligeretur, nec facile exerta intro traheretur, neque sedem obtineret stabilem & turam, ut qua[v]a vndique esset soluta, ex Vesalio.

Pag. 571. Linguam negat esse Musculum quia fibras non habet: eleganter prome respondebit *Vesalius*, conflat[ur] lingua ex duobus musculosis corporibus, quæ id ratum arque peculiare obtinent, quum cæteri corporis Musculi unicum fibratum genus, aut rectum, aut transuersum, aut obliquum dumtaxat obtineant. Hæc tamen corpora obliquas, transuersas rectasque fibras simul adepta mihi videntur, quæ inuicem adeo coèunt commiscenturque, ut in his fibrarum

58 *Animaduersiones secundæ,*
*aliquid genus sectione assequi prope modum
 sit impossibile; imò Musculosa hæc corpora,
 quidpiam non absimile substantiæ Cordis, in ea
 fibrarum diuersarum commixtione adipiscun-
 tur. Potesne recusare Vesaliū iudicium?*

• *Cur Manus dextra agilior.*

Pag. 376. *Querit cur manus dextra agilior,
 & ad motum promptior? Isteas causas assignat,
 quia in dextro latere homini est Vena sine pari,
 que forte in ambidextris gemina est. Vel quia
 trancus arteriæ subclavius dexter, est amplior
 quam sinistram, (diligenter considerantibus contra
 Riolanum, quamquam non adeo magna sit dif-
 ferentia, necesse debuerat.) Non potest absti-
 nere à reprehensione Riolani, quem tamen hic
 excusat, erroris sui confessione.*

De Musculis Scapulae.

Pag. 382. *Quæ scripserat de Musculo cora-
 coideo correxit, monitus à Riolano, & me-
 lius restituit.*

Pag. 383. *Lenatoris vius est, Scapulam antro-
 sum trahere & attollere. Reprehendit Riolanus,
 quod non potest antrosum trahere, quia directè
 trahit: adde quod interiecta clavicula impedit
 motum Scapulæ in anteriora. Idcirco addidit
 attollere Scapulam cum brachio, monitus à Rio-
 lano. Sed hoc inutile ad excusationem.*

De Sacrolumbo.

Pag. 385. Reprehensus fuerat, quod usum & actionem Sacrolumbi ignoraret, rectius exposuit ex Riolano suppresso nomine, & tribuit Veslingio & Spigelio, qui doctrinam Musculorum ex Riolano transcripsere.

Pag. 385. Motus capitis correxit eductus a Riolano.

De Motu Lumborum.

Pag. 387. De Musculis dorsi, addidit & Lumborum. Dubitat adhuc de motu Lumborum, & istius compagis Ossæ, & inscienter longissimum paradiunxit Musculus dorsi, quod est Sacrolumbus Musculus, quem descripsit inter Musculos Thoracis.

De Musculis Cubiti & Manus.

Pag. 390. Ut Riolano præripiat laudem Angonæi Musculi, coniungit Riolanum & Veslingium.

Pag. 391. Pronatores radij non pronant manus, sed radium quia manus sequitur revolutionem radij. *Nuges sunt, qua profert de duabus parvis Musculis à Casperio repertis in flexu Cubiti.* Correxit monitus, sed addit ad excusationem, se vidisse Muscum triangularem in musculo homine à summo cubito ortum, & desinente circa medium eiusdem Ossis. Quis vñquam

60 *Animaduersiones secundæ,*
vidit, vel audiuit Musculum in eodem osse, or-
tum, & insertionem habere?

In descriptione Musculorum carpi & digito-
rum, quæcumque addidit, pag. 393. & 394.
supra secundam Editionem; sunt desumpta ex
Riolano.

Nouus Psoas ridiculus.

PAg. 395. Ridicula insertio & usus istius Mus-
culi noui Psoæ, inuenti à Bartholino, qui
*Musculo majori Psoæ subiacet, inseritur in supe-
riorum Osis Ilij marginem posterius, ubi Iliaci
interni est ortus, ut sustineret os Ileum erectum, ne
nimium stante homine esset oneri.*

Sed quælo cuinam parti potest esse oneri os
Ilium, an lumbis, vel femori, cui innititur? Ergo
suspensa tenetur ossa compages Ilium? Quis
non rideat istius Musculi usum assignatum in-
cogitanter à Bartholino, ut aliquid noui profer-
ret *Riolano* incognitum?

Pag. 397. Musculos tibiae correxit, & multa
adiunxit ex *Riolano.*

De Circulatione sanguinis.

PAg. 404. Circulationis sanguinis apud an-
tiquos obscura extant vestigia, ut ipse demon-
strauit, lib. de Luce animalium, & postea *Val-
laus* & *Riolanus* deducunt. Ergo ex ipso de-
promptere. Antequam librum de Luce edidisset,
Valleus suas Epistolas ediderat in lucem; &

Riolanus de Circulatione sanguinis scripsit,
ergo ex ipso non deponspere.

Pag. 404. *Inuentum circulationis tribueras*
Paulo Sarpe in secunda Editione, id ei Riolan-
nus exprobavit. Noluit mutare sententiam, &
addidit ex Schedis Sarpe id Fulgentium retu-
lisse, quod est falsissimum.

Pag. 404. *Hepar ad solum Cor mittit sanguis-*
nem, Cor ad solos pulmones & arterias, ut su-
pra de Corde demonstratum; ergo falsum scripsisti
pag. 267. Cor expellere in Aortam sanguinem
tenuiorem transiuntem per septum Cordis.

De Anastomosi Venarum intra Hepar.

PAg. 406. Admittit Anastomoses Venarum
& Arteriarum, quod verum est, sed in Hepa-
te bubulo & humano nunquam inuenire potuit
inter Cauam & Portam, quamvis aperae sint in
vius, ubi omnia calore dilatantur. Vesalius vi-
dit & scripto consignavit; dubito an ei creden-
dum, quia in multis deceptus fuit, & posteritati
imposuit.

Pag. 409. Vbi agit de valulis Venæ Iugula-
ris, non exposuerat qualem intelligebat, monitus
a Riolano, internam Iugularem addidit.

De Venis Lacteis.

PAg. 417. Scripsit *Riolanus tempore necessi-*
tatis in omnimoda obstructione Venarum La-
ctearum, per Mesaraicas chylum deferti. Obij-
git ille, sed nullo argumento, nec enim hanc in-

62 *Animaduersiones secundæ,*
intestina, alioquin effunderetur sanguis, quod in
lienteria videre est illis obstructis. Venæ Mesen-
tericæ sanguunt chylum instar hirudinum, nec re-
cludi possunt nisi erosæ fuerint, vt in lienteria in-
testinali & hepatica. Illis obstructis non accidit
lienteria, sed virtus ventriculi, vel tenuium inte-
stinorum superiorum quæ sunt laxigata, & rela-
xata propter intemperiem, vi retentrice debilita-
ta. Earum obstructio potius impediret liente-
riam, alternis vicibus sanguis & chylus distribui-
tur per Venas Mesentericas, & duo liquores pos-
sunt eodem tempore traduci per eosdem tubulos
angustos, vt iam demonstrauit si fuerint diuersa
trahētia; sed per istam glandulam magnā in cen-
tro Mesenterij sitam inter duos tenes, quæ excipit
Vasa Mesenterica, & ab eo loco assurgunt in in-
testina, suis osculis in interiorum tunicam hian-
tia. Nonne Vesalius aperuit Vasa illa Lactea,
cap. de Intestinis & de Mesenterio?

Pag. 418. Negat per Venas Mesentericas pra-
uos & excrementios humores ad intestina de-
ferri; sed per arterias sordes ad Cor transferri, à
Corde in Pulmones, dein in Aortam per sini-
strum Ventriculum, & tandem per celiacam &
Mesentericas arterias ad intestina expurgantur:
quod est valde absurdum, Credo valde pernicio-
sum & exitiale.

Pag. 420. Falsum est Fallopium appellare ma-
gnam glandulam Mesenterij, *Pancreas*: Id qui-
dem reperi in Institutionibus, sed hic liber indi-
gnus est Fallopio, & describit verum Pancreas
substratum Ventriculo.

De

De Venis Hæmorrhoidalibus.

¶ Ag. 426. Interna Hæmorrhoidalis infertur in recti intestini substantiam, quæ membranosa est, sanguinemque requirebat crassiorem in Liene genitum: Ergo agnoscis duplicem sanguinem, & in Liene crassioreum generati. Externa infertur in musculosam ani substantiam, qui sanguinem requirebat puriorem in Corde elaboratum, & per ramos arteriarum buc adiectum. Internarum sanguis est crassus, & niger; exteriarum tenuior, rubicundior. Internæ Venæ Portæ depletæ; externe depletæ Venam Cauam & Hepar, earum evacuatio morbos sanguineos curat Capite & Thoracis. Vide si ista quadrant & conuenient tuæ circulationi sanguinis. Nam isti sanguines differunt ortu, qualitate, colore. Aperitis sponte Venis Hæmorrhoidalibus sanguis deorsum fluit, non deberet si sursum remeat semper ex doctrina circulationis.

De Vena Cava.

¶ Ag. 427. Malè describis distributionem trunci Cavae ab Hepate egredientis. Statim dividitur in superiorem seu ascendentem, & inferiorem seu descendentem. Debebas monere truncum esse continuum à Iugulis, usque ad Os sacrum, neque ab Hepate emergere, ut docuit Vesalius pag. 748. & ante ipsum, Aristoteles & Aretæus prodidere, quod plenè demonstrauit in me Anthropographia. Prudenter tradidisti truncum V.

I

64. *Animaduerfiones secundæ,*
næ Cauæ iuxta Claves utrumque non distribui in
duos ramos, vt Anatomicos decepere *Vesalij P.*
et ure, tua figura est correctior.

De Cæliaca Arteria.

PAg. 445. Cæliaca Arteria dicitur, *non quod plurimos ramos mittat ad Ventriculum*, sed quia visceribus nutritiis in ventre conclusis distribuitur, qui *sunt* nuncupatur.

De Vena Azygo.

PAg. 428. Vena Azygos prope octauam costam diuiditur in duos ramos, unus ad sinistram *sub Diaphragmate ascendit*, vt inseratur modò in cauam supra vel infra emulgentem. Procedit, substituendum descendit, & miror in præcedentibus Editionibus ita scriptū esse, & postea addit *magnum secretum ratione sua insertionis, in pleuritidis initio: Vena Poplitis aperiri potest substracto sanguine, qui ex arterijs & minimis venulis sursum ad Venam banc (intelligit Azygon) erat perrepturus.* Ergo per arterias sanguis sursum fertur, contra motum circulatorium sanguinis. *Tu Venam Poplitis raro secari notasti, pag. 436.* & tamen eius apertione suades.

Pag. 428. Magna oscitantia *Bartholini*, qui negat valulas Azygæ adeo manifestas, quas nunquam inquisiuit, ipsas credo me demonstrasse *Simoni Pauli tuo College*, dum erat Lutetia. Dicis *Fallopium* eas negare, quia vidit flatum & sanguinem inde regurgitantem. Ut contradiceret

ad Anatom. reform. Th. Barth. 69
Vesalio qui ipsas admittit, & valuulas Venarum eleganter descripsit pag. 447. sua Anatomia.
Inde colligere debebat extare, si impediunt progressum flatus & sanguinis: nam impediunt repentinum affluxum sanguinis ad Venam Azygon, non obstant remeanti.

An ab Arterijs fluant menstrua?

Pag. 435. Si in fluxu Menstruorum aperiuntur arteriae, ut credis, non facile sanguis sistetur, magnæ profusiones sanguinis non aliunde, quam ab arterijs Vteri in mulieribus, in Viris ex Arterijs podicis, & natum oriuntur.

Vena Epigastrica.

E Ad. pag. Vena Epigastrica oritur ab Iliaco seramo, pars præcipua ascendit sub Musculis rectis ad Mammarias, quibuscum iunguntur, ergo non ab utero Vena Rectos Musculos petens enascitur in mulieribus, ut dixisti lib. I,

De Arteriotomia.

Pag. 441. Imperitè admodum loqueris de Arteriotomia; nam monere debueras, non secari arterias securè, nisi os subiectum habeant, ut post sectionem & evacuationem sanguinis supra os, comprimantur forti ligatura, alioqui intra carnes si brachium obesum & carnosum fuerit, aneurisma succedet. Tudo secantur arteriæ supra

Iij

66 *Animaduerfiones secundæ,*
tempora, in fronte, in occipite, in manu supra
carpum.

Divisio Aortæ superioris.

PAg. 442. *Truncus Aortæ Thymo suffultus in*
duas carotides abit. Imò vnicam producit ca-
rotidem dextram, nam sinistra oritur à trifida di-
uisione trunci in fra claviculam sinistram, nec af-
cendit ad Thymum.

Error notabilis.

PAg. 443. *Supina ignorantia in hoc articulo.*
Arteriæ carotides sursum ascendunt ad caput,
In singularibus internis connexæ: nam internæ Ve-
næ non comitantur arterias. Patens tuus ita scrip-
pit in prima & secunda Editione ipso viuente,
nec Filius in triplici Editione id correxit. Legen-
dum externæ lugulares non comitantur arterias,
atque Venæ lugulati internæ & carotidi interie-
ctus est nerus sextæ coniugationis.

De Circulatione sanguinis.

PAg. 446. *De Circulatione sanguinis in Ab-*
domine, iam differui contra Harueum &
Slegelium, ista non repetam, nec ijs refellendis
immorabor.

De Nervo recurrente.

Pag. 460. *Nervi recurrentis recursio fieri debet, quia Musculi Laryngis sua capita habent non superne, sed inferne. Attamen scripsisti Nervos non inseri in capita Musculorum, sed in ventrem & tendonem, & aequè mouere, ac si in capita inserti fuissent.*

Secunda Osteologia Riolani necessaria.

Pag. 469. Antequam Anatomiae studiosus ad inspectionem partium internarum accedat, debebit accuratè nosse Osteologiam aridorum Ossium, ut intelligat in demonstratione Musculorum Abdominis, & reliquarum partium Musculis, origines & insertiones, quoniam in aridis ossibus non possunt articulationes perfectè demonstrari, neque particularis structura ossium & connexio per cartilagini, ligamenta, ideo altera demonstratio ossium sub finem Anatomie, detractis Musculis est pernecessaria, & praecedente utilior ad curationem morborum per fracturas & luxationes qui ossibus accidentur. Nulla iucundior speculatio *Vesalio*, quam videre sciunctis ossibus, articulationem scapulæ cum brachio, & eiusdem Ossis cum vulva & radio, & virtusque Ossis inter se articulationes: quomodo in skeleto possit demonstrare ligamenta ossibus interiecta cruenta, de quibus nihil dixisti, atque cartilagini mobiles intermedias, tibi ignotas.

Propterea ineptè scribis, *in skeleto Osteologiae*

I iiij

68 *Animaduersiones secundae,*
nullus est vsus, nisi ad memoriam sableuandam.
Nec sine priori perfectè cognoscitur: At illa sine
hac esse potest: Contrarium tamen scribis pag.
472. Ex naturalibus partim ligamentis cum ossi-
bus exsiccatis, partim artificialibus compactum
sceletum, quod ad Anatomen propriè non spe-
ctat, sed naturalis altera Osteologia per naturam
construita, suisque ligamentis humidis ornata.
Ergo malitiosè & inique reprehendis Riolanum.

De Roberto Constantino.

PAg. 481. Miror *Barbolinum*, qui polymathiam affectat, ignorare, quis fuerit, & quo tempore vixerit *Robertus Constantinus*; nam posterior est *Fallopio* & *Columbo*: nec isti videot Editionem *Celsi*, cum Scholijis *Constantini*, ut possent *Celsum* conciliare cum *Constantino*. Manifesto indicio numquam locum istum *Celsi*, l. 8. statim initio, *Barbolinum* legisse, quia non opus erat eius conciliatione, quam prius attulit *ipse Constantinus*.

Omissiones in Caluariæ Offibus.

Pag. 485. Omisit communes futuras capitatis.

Pag. 495. Ignorat ossa spongiosa narium, &c
male describit.

An Ossa Pubis laxentur in partu?

Pag. 511. Inquirit an ossa pubis laxentur in partu. Non semper quando *fetus* *mollis* & *pro loco angustia* *flexibilis*, *lubrica via*, ossa latius *diffita*, &c. Tum *laxatio cartilaginea* sufficit. Non potest laxari cartilago interiecta, nisi disiungantur ossa.

Quærit an ossa Pubis moueantur, non ossa separati, sed compages ossa ex tribus ossibus constructa: mouetur supra ossa femoris tunc immobilia. Inepta sunt, quas attulit, obiectiones.

Cruentum ligamentum femoris.

Pag. 523. In articulatione femoris om̄ sit ligamentum cruentum intra acetabulum interiectum ossibus, notatum à Vesalio, quod non potest dignosci, nisi in altera Osteologia, qualem descripsi: tale ligamentum reperitur in articulatione Tibiæ cum femore, in osse scaphoide cum Astragalo, in articulatione Ossis sacri cum Osse Ilium, quod apparet manifestum in puerperis.

De Paracentesi Thoracis.

Pag. 513. Inepta tua admonitio ad Chirurgos, ut notent in apertione Thoraci, quæ sit inter quintam & sextam costam: debebas designare quomodo erant numerandæ costæ, an à clavicula, vel ab ultimâ notâ costâ. Passim Observations Tulpij adducis: si exactè legisses, notasses

I iiii

70 *Animad. secundæ, ad Anat. reform. &c.*
verum locum designatum aperiendi Thoracem
ad euacuandos humores in eius capacitatem con-
tentos, inter tertiam & quartam, numerando à
costis infrenis.

Omissiones in spina.

DAg. 510. Ignorat figuram naturalem spinæ ad-
mitabilem ab *Hippocrate* descriptam, nec
potuit comprehendere, quia prætermisit, inue-
nit eius Iconem eleganter, & verè depictam
apud *Vesalium*, & omisit diuersam articulatio-
nem duodecimæ vertebræ dorsi, cum prima lum-
borum, qua de re plurimum gloriatur *Galenus*;
& Vesalus amplissime ea de re scripsit, quæ est
in Medicina magni momenti,

Ridiculus est dum refert ex obseruatione *Sal-*
muti, in suspensis ruptam spinam in dorso: debe-
bat hoc refellere & reponere, posse auelli caput
humeris, ut vidi in feminis separatum caput à
ceruice, à chorda tenui in primæ vertebrae arti-
culatione cum capite dissecta ceruice, alibi im-
possibile effringi.

F I N I S.

THOMÆ BARTHOLINI
DOCTORIS ET PROF. REGII
DVBLIA ANATOMICA,
DE LACTEIS THORACICIS,
A IOANNE RIOLANO resoluta:
Et demonstratum Hepatis funus im-
mutare medendi methodum.

*Hepatis Funerati & Resuscitati
Vindiciae.*

PUD ET me toties contentionis ser-
ram reciprocare in rebus vilibus ex-
scindendis, de *Venis Lacteis* denuo
altercati, vel potius de nugis rixari,
nisi quod *interdum nuga seria du-*
cunt; nam dum in istis nugis *Venarum Lactea-*
rum examinandis & refellendis occupatus fui,
tandem detexi, quod Veteres & Recentiores A-
natomici quæsiere; scilicet admirabiles & veris-
simas vñiones, sive Synanastomoses Venarum
Cavæ & Portæ, atque multorum morborum cau-
cas, antea Medicis indictas & ignotas aperui;
Quod declaravi in iudicio nouo *de Venis La-*
cteis. Sed Thomas Bartholinus nouitatis audil-

72 *Dubia Anatomica Bartholini*,
simus, si quis vñquam extitit, laudum & gloriæ
cupidissimus auceps, pro *Lacteis Venis*, & suis
Lymphaticis, tanquam pro aris & focis decertat,
etiam famæ dispendio, pag. 10. in ruinam &
destructionem *Hepatis*, & *Cordis*, dum huic faue-
re studet.

Ac proinde Veterem Medicinam destuendo,
perniciem humano generi intentat, exemplo *Ro-
berti Fluid in Anglia*, *Helmontij in Belgio*, &
Paracelsi, nunc vbiique terrarum. Signum homi-
nis malè animati pathognomonicum est, fasti-
dium ingens, & contemptus insolens Veteris
Medicinae cum perpetuo innouandi pruritu con-
iunctus; quo morbo laborat *Bartholinus*. Sym-
ptoma hoc consimile mihi videtur malieribus
grauidis, quæ bonos cibos auersantur, ut prauis
fruantur.

Ad curationem istorum ingeniorum præce-
ptum *Platonis* sequendum in *Charmide*: si velis
curare oculum, prius cures caput; si vis curare
caput, oportet prius curare corpus; si corpus,
prius cures animum, id est temperantiam ægro
persuadeas: plerumque enim *sublatis animi mor-
bis*, *salus corpori succedit*.

Si posset *Bartholinus* exuere istam Philau-
tiam ambitiosam, & bene monentein auscultare,
spes foret resipiscendi, sed suis opinionibus falsis
adeo delectatur & insolefecit, ut desperem de eius
curatione. Distinguamus igitur sanabilia inge-
nia ab insanabilibus (quale est ingenium *Bar-
tholini*) quæ prognosticis sunt relinquenda, id
est sapientum iudiciis. Eleganter *Castiodorus*: li-
ber est *speculum mentis*, produnt se tales libris

à Ioanne Riolo resoluta. 73

sunt, tanquam sorices, videmusque eos apud veritatem sapientes, nil nisi risum excitare.

Pauca sunt quæ dicam & obijcam *Bartholini*, si illa eius animus bene exceperit, conualecer. Multa hodie queruntur, quæ præstat ignorare, solemusque minutula videre, in crassioribus cæcutire, ut in *Animadversionibus ad opera Anatomica Bartholini* demonstravi.

Pergo ad illa Dubia Anatomica de *Venis Lacteis Thoracicis* resoluenda. Cur loqueris de *Venis Lacteis Thoracicis* in plurali? cum adsit unica in homine, & brutis à te reperra: si velis retractare quæ à te scripta sunt & depicta, leuitatem & inconstantiam ingenij demonstras; Veteris ægri somnia in chartam coniicis, ut in publicum emittas, quod desipientiæ vel deceptionis specimen est.

Pag. 4. In ista muliere lactante post partum strangulata (quæ prima est à te disjecta) *Lacteum Thoracis Vas aggrè discernebatur*, propter nimiam pinguedinem. Id in obesis potest ascensum chyli ad axillares præpedire. Attamen in *Mesenterio Lactea tibi apparuerunt*.

Pag. 5. Quamuis *Bartholinus* in muliere non inuenierit *Lacteam Venam* ad uterum pertingentem, neque in Cane prægnante propè paritura, *Lacteus liquor* potest in emulgentes, quibus sunt affixa *Lactea Venæ*, deriuari, & per *Venam spermaticam* deferti in locos muliebres.

Pag. 6. In catellis disjectis singulare notauit *Bartholinus*, præter *umbilicalem Venam*, *Vræcum*, *umbilicales arterias*, duos alios funiculos *minores*, *tenuioresque*, ex *umbilico* progredivi ad

74 *Dubia Anatomica Bartholini,*
Mesenterium, illiusque centro ferè insigi, quod
& obseruatum video Auzotio, viro eruditio, in
Epiſtola ad Pecquetum.

Istud singulare noꝝ recte obſeruasti, nam vni-
 cus adeſtramus, ex Auzotio : credis illum, &
 te id deprehendisse, cūm antea notum & descri-
 ptum fuerit a Visalio, pag. 481. cap. de Vena
Vmbilicali; quæ postquam *Vmbilicum* subiit, ra-
 mum quoque ad Mesenterij centrum dedit, qui
 Portæ Venæ præcipuo truncō in Mesenterium
 disperso committitur. Hunc tamum multoties
 vidi in canibus, & neglexi, quia non reperitur
 in fœtu humano; cui potissimum exacte cognos-
 cendo attentus fui.

Pag. 8. Ingenuè fateris : *ductum Lacteum*
Thoracicum ad axillarem sinistram protensum:
constans sex hominum, pluriūque animalium
ſectio firmans. In una ſola femina cane bifidum
 ſemel inuenit, & ad utramque axillarem inſeri.
 Ergo vnicus eſt Lacteus Tubulus, iſque ſinister:
Duos tamen vidisti, minores quam ſeſtitarius,
more conſueto ſubclauiam intret: ita va-
rijs modis ludit Natura in Thoracicarum pro-
gressu.

Hoc ſi verum eſt, ridiculus tui rami Lactei
 Thoracici uſus, quia in partibus necessariis, qua-
 lis eſt iſte ductus ex tua relatione, non ſoleat lu-
 dere Natura; nam in unico chylum deducente
 debet eſſe recta via, non ambagiosa. Tales lufus
 Naturæ non obſeruamus in canalibus Venæ
 Portæ, Cauæ, & Aortæ, neque in Iugularibus ve-
 nis, & carotidibus arterijs, neque in truncis axil-
 larium & cruralium Vasorum.

a Joanne Riolano resoluta.

79

Pag. 9. Multa pollicetur Bartholinus *Natura rara, ex Historijs suis Anatomicis rarioribus, breviter per centurias edendis.* Iuuensis iste Anatomicus sex septemve annorum, vult videri omnium Anatomicorum *scientissimus & experientissimus*, vt loquar in superlativo gradu, quem eius ambitio efflagitat. In artibus, *inquit Galenus*, duo sunt præceptorum genera; unum eorum, quæ perpetuam habent veritatem; alterum, quæ ut plurimum ita sc̄e habent, & tolerantur: quæ raro fiunt, ibi locum non habent. At hodie multi sibi placent in scribendis & obtrudendis oblationibus rarissimis, tanquam nouis artium mysterijs; sed rara non sunt artis. Et Vesalius semper ista neglexit. *Vide pag. 462.*

Pag. 10. Cùm in sinistro latere mihi demonstrata fuisset Vena Lactea Thoracica ascendens versus axillarem, non ad eam pertingens, nolui repudiare istam Venam, sed coniecturas meas diuinando, more Aruspicum, proposui, *qua contraxit Bartholinus*, essentialia verba omissens, vt ridiculas redderet, quod postea demonstrabo.

Objecit Riolano, *Debeat negare chylam in Corde transmutari, si voluit antiquum Hepatis munus sartum tectum conservare.* Ita scripsit Riolanus; Fotsan iste chylus trunco Venæ Cavae iuxta axillares infunditur, vt sanguinis portio ex permixtione chyli crassior facta hæreat Cordi, & instar fermenti inseruiat ad elaborationem noui sanguinis arteriosi, talisque sanguis crassior intritus Cordis foucolis & scrobicalis, & sub columnis carnis aliquantisper remanere potest.

Agnosce, *Bartholine*, tuam suppositionem,
sive imposturam. Aliud est dicere totum chylum
deduci, aliud portionem, instar fermenti, ad elab-
orationem sanguinis arteriosi facti ex Venoso
Hepatico.

Addit: Raro sine publico detimento chylus
erodus sanguini cocto permisetur, nisi ille idem
in Corde proximo mantetur. Tu mammae Lacteo
succo chyloso nutritri dixisti, in *Histeria Ana-
tomica, de Venis Lacteis.*

Pag. 11. Quid hoc significat? *Chylus per axil-
lares Cordi infusus ad Hepar non peruenit, nisi
finita circulatione.* Tunc non est amplius chy-
lus, quando rexit sanguis Venæ Portæ ad He-
par per circulationem Hatueianam.

Pag. ead. *Iam dicat mihi ingeniosus, cur di-
stributionis tempore sanguis indiget remora, vel
eraffioris substantia mixtura.* Tu ignoras circu-
lationis leges & regulas. Distributio sanguinis fit
per arterias ad nutritionem corporis, ex doctrina
Haruei, quem tu sequeris. In arteriis non con-
tinetur ista chyli portio, sed intra Venas iuxta di-
remptum trunci Cauæ in axillaribus, & infra
truncum Cauæ inferioris iuxta crurales. Ideoque
ratiocinatio vel conjectura *Riolani* non est ine-
pta, ibi crassiorem substantiam contineri ex chy-
lo huc delato, ut sanguis crassior euadat in trun-
co Cauæ, nec pari celeritate ascendet ad Cor, ut
expulsus fuit à Corde, per rectum transitum
trunci Aortæ tam ascendens, quam descendens.

Pag. 12. Meas conjecturas quatuor producit,
quarum quasdam sustineo probabiles, si chyli

portio traducatur per Venas Lacteas Thoracicas
& Mesentericas in Cavae truncum.

Pag. 13. Fibras sanguinis ex portione chyli tenuioris Cavae infusi potius formari quam in Hepate suspicatur *Riolanus*. Miror tanto Anatomico hac excidisse. Credis Lymphaticum esse errorum, tibi paucis demonstrabo meam opinionem tuam longe meliorem.

In Ventriculo ex alimentis, quamvis dissimilibus, non possunt ex chylo generari fibrae, quia crassities chyli in eius colatura dum truditur in Venas Mesentericas, per carnes spongiosas, seceruntur & retinetur, abitque in fæces: tenuior chylus ad Hepat delatus, ibique denuò defæcatus crassitie sua, quæ est fæx sanguinis, ad splenem ablegatur: sanguis sic depuratus ex Hepate in Cavae transfertur, vbi fibrosum sanguinem natus, ei permiscetur, augeretur istum fibrarum cumulum, qui nihil est aliud, quam crassa materia sanguinis intra Venas, ut appareat in sanguine ducto & manibus contrectato: quod extrahitur, in aqua albicit, & decerpit lanam refert: si fibrosus fuerit chylus, quomodo perueniet ad axillares per unicum, cùmque tenuem tubulum Lacteum, interdum ambagiosum, & adipe circumfuso constrictum?

Pag. 15. *Riolanus* urget ad, Cor tubulos novos Lacteos deferre chylum, esse impossibile, propter distantiam Cordis recto itinere à receptaculo, & reflexo ab axillaribus ad Cor. Condonanda hæc Anatomico summo dubitatio, ex nondum accurate visis Lacteis Thoracicis ora, quod factum in posterum confidimus, si ad plures annos

73 *Dubia Anatomica Bartholini,*
claram illius senectatem, ut vobis, perduceat
vit Deus.

Gratias ago D. Bartholino, pro isto benigno
voto, ei consimile exopto, & à Deo ex animo
precor. Doleo, quod mortale domicilium agrè cir-
cumfert, laboribus quidem fessum, confitumque
in publica commoda, à iuvene exantlatis, &
vix inuidentium morsibus amplius superstes, in
Epistola Liminati sue *Anatomiae reformatae.*

Sincetè & cordatè dabo tibi consilium de re-
cuperanda valetudine, & ad senectutem produ-
cenda & conseruanda! Moderationem adferas
in tuis studijs, & præsertim Anatomicis, quæ la-
boriosa sunt, accuraçè dissecando cadauera hu-
mana, & corpora viuentium animalium. Inter-
dum teter halitus inde exspirat valde noxius:
exemplum habes in Marquarto Slegelio, Medi-
co & Anatomico eruditissimo, cuius mortem
præmaturam lugeo.

Immodicis brevis est ætas, & rara senectus;
Quidquid ames, cupias non placuisse nimis.

Modum imponet tua philautiæ & ambitioni:
In ætate tua iuuenili vis reformare Medicinam &
Anatomem, destruendo artis fundamenta: com-
para tibi senile iudicium, & expecta donec tui
fructus maturuerint, *ætas est sapientia condimen-
tum:* sic euitabis inuidentium morsus, & securus
viues, si pupillæ istæ te ledunt: hæc si feceris,
spero fore, ut pacato animo si legeris iudicium
nouum Riolani, de *Venis Lacteis Mesentericis*
& *Thoracicis*, cum præcedentibus coniecturis,
aduersus Pecquetum, & *Animaduersiones ad*
tua Opera Anatomica, tuis opinionibus renun-
tiabis;

habis, & lecut restitues in antiquam possessio-
nem sui officij : sed vereor ne mihi exprobres
cum iniurijs, quod alter fecit apud Horae-
tium.

----- *Pol me occiditis amici,*
Non seruatis, ait, cui sic extorta voluptas,
Et demptus per vim mentis gratissimus error.
 *Ad pensum redeo. Vidi Bartolinus chylum
 ex axillaribus Cordi infundi: inflauit Thoraci-
 cus Lacteas, & dictum factum, in tumore ele-
 vabatur axillaris, quia Cor respicit, ipsamque
 Cor flatibus & liquore per fistulam immisso tu-
 midum. Non diffiteor te id vidisse, & admitto
 Lacteam Venam unicam, non duas: Cut in plu-
 rali nominis Lacteam Venam sinistram, quam
 solam reperisti, non duas, ut Pequetus Lacteā
 ad axillarem pertingente exsufflata, potuit fatus
 ad Corporuenire, sed quæstio est de fluxu chyli
 continuo ad Cor. Nescis hunc tubulum Thora-
 cicum notum fuisse Vesalio, quemadmodum fuit
 glandula magna Mesenterij cum distributione
 Vasorum Mesentericorum, eo modo, quo à te &
 Pequeto describuntur. Sic ille, lib. 3. cap. 7.
 Mibi persuadeo quamuis id nunquam viderim,
 interdum à sinistro Cavae caudicis latere, ubi in-
 gulum contingit, Venam depromi, qua secundum
 sinistrum vertebrarum latas declivis ducta, sinis-
 tris costis ramos offerat, atque huiusmodi Vene-
 ortum, non tantum à ingulo primū posse fieri,
 sed paulo inferius, etiam agnus attestatur, in que
 tale aliquid semel obseruanus.

Credo eandem esse Venam, que notatur à
Rondeletio, præstantissimo Medico & An-

K

80 Dubia Anatomica Bartholini,
*tomico Monspeliensi, cap. 7. lib. 1. de Morbis, qui
docebat Anatomica Monspelijs, quo tempore Ve-
salius Patavij demonstrabat Anatomen. Sic ait
Rondeletius. In tetano alijsque colli conuulsio-
nibus, vt & in epilepsia, secare prodest Venam
non omnibus cognitam, que in prima dorsi verte-
bra conspicitur elata: (vbi est insertio Laetæ
Thoracicæ) & per summum vertebrarum spine-
os, usque ad os sacrum deorsum perreptat, & pau-
lò supra primam dorsi vertebram in spinam occu-
litur. Mendum extat in ultimis verbis, quia pro
(Paulò supra) legendum (Paulò infra) & in
spinam subiens, id est supra spinam subiens. Iude
cognosces supra humerum sinistrum cucurbitu-
las cruentas affigi salutariter, & secundum lon-
gitudinem dorsi sinistri iuxta spinam, ratione
istius tubuli sanguinei interdum Laetæi, qui cor-
poribus vertebrarum instrutus est.*

Pag. 16. *Cur ex inferioribus breuius iter non
elegerit Natura ad traductionem chyli ad Cor,
nostrum non est inuestigare scrupulosius, ita na-
ture placuit: Laetæas enim Venas per intestino-
rum gyros longius deduxit, cum breuiores viam
ex Ventriculo vicino ad Hepar, illi condere fuisse
facile, Nervum sexti paris recurrentem fle-
xuoso itinere ad lingam reterit.*

Meliorem rationem assignabo. Non potuit
separari crassior chylus à tenuiore in tam breui
spatio Ventriculi ad Hepar, per Venas Portæ
Ventriculo concessas: per anfractus intestinorum
chylum reuolvi oportuit, vt fieret commodè ista
secretio, per innumeras Venas Laetæas fugentes
tenuiorem chylum. Nervus sexti paris recurrentis

non est canalis, & recurrit sursum, vt inseratur in Musculos Laryngis, Hyoidis & Capitis, qui oriuntur à sterno & claviculis; non inseritur in linguam, quæ duos habet Nervos, unum ad guttum, alterum ad motum.

Pag. 17. Considerata insertione & progressu Lactearum Thoracicarum inuenit Bartholinus viam, quain Vena sectione nonnunquam laceri loco prodijt, etiam in sanis, quod in puella Hassiensi obseruauit. Non meministi quod scripseris pag. 15. Neque ad extre mos artus ob valvularum impedimentum, & decurrentem cruris rium chylus descendit, neque ad caput per tugulares ascendit, propter easdem rationes.

Hoc si verum est ex doctrinâ tuæ circulatio nis, non potuit descendere chylus ad Venam apertam brachij. Concedamus fluxisse, potuit etiam fluere aperâ iugulari externâ, quæ nulla habet valvulas: Cùmque tubulus ille Lacteus inseratur in axillarem iuxta iugularem externam, eamque tangat, vidistine Neapoli dum istam Venam multoties *Aurelius Seuerinus*, te præsente aperuit, vt recitas *Libello de Angina*, fluentem ex ea chylum? Vacuato sanguine potuit aliqua gutta chyli effluere non immixta sanguini. Istud experimentum manifestè refellit, excusum tui chyli per axillares ad Cor.

Pag. 18. Quod si in sanis fluentem cum cruro chylum obseruauit *Anatomicus insignis*, Riolanus vidit sèpius in vasculis albicanem superficiem sanguinis concreti. Si chylus perueniat ad axillares, potuit portio fluere cum sanguine, quæ supernatat: an sit à chylo, vel à putredine san-

K ij

82 *Dubia Anatomica Bartholini,*
guinis, natura morbi & conditio febris id denō
tabit,

Pag. ead. Inter usus praticos ab ipso inuentos
signatosque, valde laudat vim restauratiuam cum
medicamentis alimentis cordialibus citissimè ad
Cor perferri. Huic articulo responsum dedi in
Examine Historie Anatomicae, de Lacteis Ve-
nis, pag. 12.

Sed quia defendit *Guiffartum* op̄t̄m̄ph̄, ex-
aminabo rationes. Primo longa non est via, quia
ex œsophago, cui *Lacteum Thoracicarum* ra-
mus implantatur circa Cordis regionem, statim
per axillares ad Cor rapiuntur subtilia alimen-
ta, & cordalia, nec ambages Mesenterij expe-
ctant. Neque *Pecquetus*, nec tu, in *Historia*
Anatomica de Venis Lacteis Thoracicis, obser-
uasti ramulum œsophago implantari, ex quo ra-
piuntur alimenta subtilia & cordalia per axilla-
res ad Cor translata: semel dumtaxat vidisse scri-
psisti, pag. 8. & lusum Naturæ putas. Libenter
scirem, quomodo fiat iste raptus sive attractio,
an ab axillari? an à corde? quod nullam habet
communionem cum isto tubulo. Deinde subti-
lia alimenta sine transitu per intestina & recepta-
culum ad Cor feruntur inalterata, nec præpa-
rata.

Iste ramus œsophago insertus nouum est in-
uentum *Bartholini*, ignotum *Pecqueto* & alijs
Anatomicis Lacteis, de quo nullam mentionem
fecit in *Historia Anatomica, de Venis Lacteis*.
Figmentum est *Bartholini*, vt haberet vias no-
vas, & facilius responderet *Riolani* obiectio-
nibus.

à Ioanne Riolano resoluta. 83

Quæ sequuntur obiectiones dependent ex doctrina circulationis Harneiana, quæ admittit circulationem in ventre inferiore: *Riolanus* nullam fieri demonstrauit firmis, & inexpugnabilibus rationibus, aduersus *Harueum* & *Slegelium*.

Pag. 20. *Rapi* quidquam ad Iecur per Lacteas Mesaraicas dicere amplius, erubesco, quia claritas nobis velut ex tripode nuper nobis loquuta est Natura ex reuelatione Vasorum Lympaticorum.

Ergo *Bartholinus* est Naturæ Amasis, instar Endimionis Luna, quæ eum introduxit in sua penetralia, & alijs occultos Thesauros suos parfecit, quam gloriosus *Bartholinus*, qui ab ipsa Natura edocitus & instructus fuit.

Pag. 21. Reprehendit *Riolanum*, quod dixerit, cordialium vim è Ventriculo in Lienem momentò deduci, per Venas & Arterias utrique communes, inde fluere per arteriam Lienalem secundum longitudinem transversalem Diaphragmatis, in Aortam iuxta Cor. Aliam viam indicauit *Riolanus*. Ventriculus tangit centrum Diaphragmatis, Ventriculi orificium superius intra Thoracem subditum est Cordi. Cùm igitur nostrum corpus sit perspirabile, cordalia spirituosa & calida momento possunt communicari Cordi, si non totâ substanciali, saltem qualitate sua, trans membranam Ventriculi & Diaphragmatis, & per orificium superius, ista qualitas potest exspirare, vel exhalarare.

Pag. 22. In tua *Anatome reformata* negasti consensum & sympathiam colli cum Mesentero.

K iii

84 Dubia Anatomica Bartholini,
rio, nunc admittis, & fateris chylum fæculen-
tum ex Mesenterio non rectè disposito, vitióque
Ventriculi, posse vicinas glandulas in axillis in-
ficere.

Pag. 24. Hoc capite quattro, profitetur se cau-
sam Pecqueti tueri, & obiectionibus Riolani,
quibus repudiauit chyli traductionem ad Cor,
respondere. Non repeatam meas rationes, sed re-
sponses duim taxat examinabo, quo liber iste
fuit excusus cum mea disputatione.

1. Cor admittit impurum chylum & refundit
pulmonibus. Respondet Per Lacteas tenuissi-
mas receptaculum, Thoracicas, multum exsugitur
inutilis chyli. Peto quò abit, quænam partes
emulgent & excipiunt?

2. Impuritates bilis excrementitiæ in chylo
sic excusat. *Bilis in chylo est accuratè sanguini
permixta, atque Cor & pulmones sanguine ca-
lidiori debent nutrirī, si quod remansit impurum
in pulmonibus & in capite, tanquam priuata
excrements expurgantur.* Nonne utius erat
pulmonibus & capiti, puro & defecato sanguine
nuttiri? Nonne excursus ille excrementorum, bis
terve in die repetitus, pro varijs pastibus, potest
Cor, pulmōnes & caput inquinare & lœdere? Tu
præterea cum chylo adiungis tuam Lympham,
excrementum tertiaræ coctionis post nutritionem
factam, refluens cum chylo per Lacteas Thoraci-
cas ad Cor, & per Venas, cum sanguine vndiqua-
que, & rediens ad Cor, pro refrigeratione istius
partis.

3. Si bilis exrementitia ab Hepate permeatus
vibilidochos delapsa in intestina ex veteri opinio-

a Joanne Riolano resoluta. 85

ne permiscetur chylo delato ad Hepar, cur non per Laetæas Venas Thoracicas permixta deducetur? Responder Riolanus. Ista bilis à sanguine fecernitur in Hepate priusquam sanguis deferratur ad Cor per Venas, atque ita purissimus sanguis Cordi diditur, bile excrementitia spoliatus, quam recinet chylus per Thoracicam Laetæam deductus.

4. Quartam obiectionem non intelligit, nec appositiè ei responderet. *Prauus & impurus chylus potest ab Hepate emalgeri, & in sanguinem qualemcumque verti, separatis sordibus. At talis chylus per Laetæas ad Cor delatus nocebit Cordi, pulmonibus, totique Venoso generi. Responder. Non video quid grauius ex isto succo crassò pati posset Cor, magis quam Hepar: primò enim succus quicunque facilius ad Cor per Laetæas Thoracicas ampliores decurrit, quam per exiles Laetæas putatitias ad Hepar.*

Tu nunc Venas Thoracicas amplas depingis, quas alibi tenues esse dixisti: duas assignas, cum tantum vnicam inuenieris: tu credis in veteri opinione exiles Laetæas (quæ tamen sunt innumeræ) non posse facilius traducere chylum, quam vnicam Venam Laetæam. Tu ignoras dispositionem Venarum Mesaraicarum, ex descriptione Vesali: vbi truncus Mesentericus pertinet ad glandulam magnam in Venas innumeræ finditur & dispergitur, quæ tendunt ad intestina, inde reuehunc chylum ad istam glandulam magnam siue receptaculum, ex quo truncus Mesentericus ad Hepar reuehit chylum, qui in eō trunco incipit rubescere, proptereaque pro-

K iiiij

86 Dubia Anatomica Bartholini ;
gressus Lacteus ad Hepat non potest obseruari,
sed inflato isto trunko Mesenterio omnes istæ
propagines distenduntur.

Pag. 26. *Riolanus sine danno chylum ad Cor*
admittit pro sanguinis crassitie temperanda, &
fermentatione. Falsum, numquam dixit pro san-
guinis crassitie temperanda, sed portionem re-
pere posse pro fermentatione, si chylus ascendat
ad axillares.

Pag. 27. 5. *E refuit sordium, si quæ chylum*
conspurcarunt, huc transire, ut calore Cordis &
perpetuo motu concoquuntur, agitantur, & edo-
mentur. Iстis cordalibus recreatur Cor, opinio-
ne Bartholini, cuius tamen habendam esse ratio-
nem moner, dum malè se habet corpus, ne hu-
morum vitio inquinetur.

Pag. eadem. 6. In contorsione spinæ possunt
istæ Venæ Lactæ effringi, quæ sunt instratae ver-
tebris & contextæ pleuræ. Respondet : *Singulari*
Natura prouidentia ita sunt dispositæ Lactæ,
ut cedere possint violentis motibus, sicut œsophag-
*us, arteria magna, quam comitantur, iſdem dif-
ficultatibus expositæ.*

Non est par ratio, quia œsophagus est corpus
carnosum, quod distensionem pati potest sine
ruptura : arteria magna durissima est, & ratione
Cordis suspensi, etiam sublimis extat, nec incum-
bit vertebris, nisi infra Diaphragma : ipsam non
comitantur intra Thoracem tuus tubulus Lacteus
solitarius. Ne dicas amplius in plurali tubulis,
nisi fatearis deceptum fuisse in Historia Ana-
tomica de *Venis Lacteis*. Itaque Vena Lactea
genuis instrata spinæ, & tecta pleurae vela-

mēto, potest in contorsione Ipinæ effringi.

Octaua obiectio nullus est momenti, nec à me prolatæ, tu ipsam excogitasti, vt tuam inconstan-
tiam in Venis Lacteis Thoracicis excusares, in-
troducinguis Vasis Lymphaticis, quæ aquam ex
Hepate referentia ad receptaculum, te coëge-
runt mutare sententiam, vt receptaculum solum
pro loco communi agnosceres, & Lymphatica
tua infra Diaphragma referrent aquam ad rece-
ptaculum, inde ad tubulum Lacteum.

Nona obiectio Riolani. Si contingat totum Mesenterium scirrhosum fieri, isthæc anadosis chyli erit intercepta, & moriendum; sed in ista calamitate Iecur, Lien, habent Venas in Ventri-
culum productas, quæ exsugunt chylum. Cùm videret Bartolinus virginem ab ista obiectione,
ex Pareo, admirabilem historiam refert de ste-
tomate prægrandi, occupante totum Mesente-
rium per octo annos, sensim accreuit, atque ista mulier sexagenaria suas functiones animales, vi-
tales & naturales habebat integras, & duobus tantum mensibus decubuit lecto affixa: Hepar erat scirrhosum cum abscessu, Lien putrefactus. Malè recitas hanc Historiam. Nam extat lib. 7.
de Tumoribus, cap. 21. & octauo anno tumore Abdominis vexatam fuisse malè refers. Quærit ille. Dicat mihi qui vir est, qua via chylus ex ventriculo ad organum sanguificationis fuerit perductus, aut quomodo per octo annorum decursum lassis omnibus in Abdomine nutriti potuerit Isabella: res expeditior erit ex ductibus La-
cteis, quamquam receptaculum fuerit corru-
ptum, chylus subtilior ex asophago, & assumptæ

88 Dubia Anatomica Bartholini,
*liquida, per ramulum Lacteum ex Thoracici
 derivatum, axillari infunduntur, sive infe-
 rioribus Lacteis interceptis vita sustineri potest.*

Ineptissima hæc responsio, & videris excogitasse istum ranculum cesophago distributum, ante tibi indictum & ignoratum, ut posses respondere huic difficillimæ obiectioni, quæ destruit tuum tubulum Lacteum Thoracicum. Rectius dixisses, quādū integras habuit functiones animales, vitales, & naturales, Iecur & Lienem per Venas Ventriculo insertas suxisse & rapuisse tenuiorem chyli portionem, ut in sanguinem mutaret, atque per ramos ab Hepate in truncum Cœli insertos sanguinem deditum fuisse, & per Pottæ ramos alijs partibus Aortæ & Cœli truncæ, quia sunt extra capacitatem Peritonæi locati, supra dorsum duplicato Peritonæo inclusi, liberum habuere suum commeatum: At quando incepit languere Isabella, & Iecur deprauari, tunc decubuit duobus mensibus ante obitum, sic sensim Iecore & Liene putrescentibus occubuit.

Pag. 31. Inuentor tubuli Lactei Pecquetus, qui plusquam centum canes dissecuit, ad inuestigationem istius canalis Lactei Thoracici, fatetur mortuo animali differere *Venas Lacteas Mesentericas & ipsas Thoracicas*. Tu contrarium suffines in canibus reperi posse, quod fieri potest, quia Vasa Mesenterica sunt euidentiora, teste Vesalio, quam in homine, cuius pinguedo impedit operationem, & in Mesenterio & in Tho- race obeso. Ergo non sunt visibles in homine.

Pag. ead. Dux venulæ ab ista lacuna derivatae nequeunt æquiparari omnibus Venis Chyliferis

à Ioanne Riolano resoluta. 89

ad delationem chyli in axillares & Cor. Respon-
det Bartholinus : si rectè amplitudinem nostra-
rum Thoracicarum metiamur, satis sunt capaces
pro deferendo chylo, ex Venis chyliferis valde
exilibus, quia successiva fit seu tractio chyli, seu
pulsio, vnde Cordi sufficiens materia suppedita-
tur ad sanguinis generationem, nec moram in
Corde requirit, quia subita fit mutatio crebris cir-
culationibus perficienda.

Valde miror nunc Bartholinum laudare am-
plitudinem duarum Venarum Lactearum Tho-
racicarum, quum in *Historia Anatomica de*
Venis Lacteis, vnicam depinxerit & descripse-
rit, aduersus Pecqueti obseruationem : atque
initio huius Libelli, vnicam tantum vidit in mu-
liere à se dissecta : mentionem facit tractionis si-
ue pulsionis chyli, nec à quo fiat ista tractio, siue
pulsio exposuit, idque tacitè prætermisit, quum
debuisse explicare, non mechanicis instrumen-
tis, vt Pecquetus, sed veram causam assignare,
nempe partes vel pellentes chylum, vel attrahentes,
quia Cor directè non potest attrahere, lacuna Mesenterij non potest expellere, ergo *Nat-*
ture prouidentia id persicitur, ad quam confa-
git Bartholinus, quum rationem nequit redi-
dere.

Chylus in Corde vnicâ & celeri transitione
non elaboratur, sed crebris circulationibus, er-
go crudus & incoctus partibus tam superis, quam
inferis traditur; qualis hæc nutritio cerebri to-
tiusque Corporis!

Duodecima obiectio. Si in Lacteis dorsalibus
contingat utramque obstrui, actum est de vita,

90 *Dubia Anatomica Bartholini,*
 defectu chyli ad Cor affluentis, & quo modo
 meatus isti reserati possunt, si vis liquidi medica-
 menti non possit eò assurgere? Responder *Bar-*
tholinus, communes Lactea pari incommodo one-
*rantur, difficilior in dorsalibus obstruc*tion*, ob Cor-*
dis viciniam, & Lympbam diluentem. Chylus
 crassissimus vel impurissimus potest obstruere
 tubulum Lacteum Thoracicum, istam obstruc*tion*em Cor non potest discutere, quia longè
 diffitum, in toto excursu Lactei tubuli, Lympha
 tua non potest diluere, quia nullam habet impul-
 sionem supernè. Respondes.

In vitijs magnitudine suo tam in succo vitilita-
bit Cor, corporisque cochlear in star, donec seu robo-
re natura, seu commodis medicamentis onere le-
wentur. Vascula illa Lactea non habent carnes
musculosas accubentes, quibus foueantur, per in-
crementum caloris. Medicamenta per Venas istas
 exiles ascendere nequeunt, agunt per irritatio-
 nem, excretio, siue expulsio fieri debet à parte,
 quæ excipit humorem. Videant Medici exerci-
 tati, & in artis operibus frequenter confirmati,
 quo modo id absolu*i* queat.

Pag. 33. Negat *Riolanus*, vinum & aquas mi-
 nerales per has Venas deduci, quia per Cor &
 pulmones transitura vim visceribus inferrent:
 Hanc viam indicauit Vir doctissimus, *Herm.*
Coringius, sequurus est *Pecquetus*; *Bartholinus*
 aliam semitam ostendit. Arterijs emulgentibus
 coniuncte sunt Lactea proximè per renes viâ,
 vinum liberaliter hauriunt, & thermales aquas
 eliminant. Atramen, pag. 37. notat calidam fri-
 giadimque largius sumptam per Thoracicas cele-

viter & viā breuiissimā peruenire ad Cor.

Alij Anatomici venis emulgentibus vniri Venas Lacteas dicunt. *Bartholinus* voluit cum arterijs emulgentibus istam vnonem fieri, vt inueniat viam commodiorem seruatā circulationē. Sed cū vinum & aquæ thermales non possint eō peruenire per intestina, cur non decurrent potius ad anum? Quid istas aquas minerales, & vinum largius haustum cogit ire in Venas Lacteas? Impulsorem vel attractorem nondum declarasti.

Nunc cap. 4. & ultimo pro conclusione deplorat miseriā Hepatis, & exequias olim à Pecqueto iniurias intentatas, finistrum tantū visceris fatum madidus oculis intuctur, nec potest ei succurrere contra veritatem. Non dubitas plures Anatomicos illius defensioni nunc renunciaturus: istis annumerat Riolanum, qui vīsis Lymphaticis causam Hepatis sit deserturus.

Si tibi consentirem & suffragarer, in hac atate senili repuerascerem, quia pueri, ex Hippocrate, Cor Hepar vocant. Quād subdolus es, proditor & versipellis veterator, miserias Hepatis deploras, & ei dedecus istud procurasti, introductis tuis Venis Lymphaticis. Obijciet tibi id à te inconsideratē factū: adspice eius substantiam rubicundam foris & intus, à Liene diversam, quia sanguinem elaborat ad nutritionem corporis, Lién diuersicolor fæcem sanguinis attrahit, & immutat ad alios usus.

Si destinatum esset Hepar bili secernendæ & colligendæ, ratione fellis lutei, deberet consimili colore tingi, vt vesicula fellea, nec eius caro fa-

92 *Dubia Anatomica Bartholini,*
*rer suauiter vesca, quia biliofa, Lienis caro non
 esitatur ut Hepar. Quo fine duplex cholidochus
 meatus in Hepate, si bilis debet afferuari in fol-
 liculo? Dices forsitan: ad expurgationem sordium
 Hepatis maior meatus cholidochus ei concessus,
 cur Lien sordibus abundans non habuit talem
 canalem expurgatorium? An quia cum sanguine
 per Venas ad Cor deferuntur? Cur non simi-
 liter sordes ex Hepate cum sanguine Portæ trans-
 sceunte, recurrunt ad Cor?*

Hepatis magnitudo, eiisque incrementum
 naturale pastis sicubus, demonstrat non esse ser-
 uile membrum, sed principale viscus; quippe
 truncus Venæ Portæ æqualis est trunco Cauæ in-
 ferioris, intra & extra Hepar duplo patentior, &
 amplior trunco arteriæ Cœliacæ, etiam additâ
 Mesentericâ arteriâ.

At si sanguis arteriæ Cœliacæ cuius portio im-
 penditur & absimitur in nutritionem omnium
 partium aluinæ regionis, *ex doctrina circulatio-
 nis Harueiana*, reflueret ad truncum Venæ
 Portæ, deberet iste truncus esse minor arteriæ
 Cœliacæ, cum ipsa Mesenterica. Quo fine finde-
 retur in radices innumeratas per totam substan-
 tiæ Hepatis dispersas; si truncus Portæ destina-
 tus esset ad reuehendum dumtaxat sanguinem
 per medium Hepat in truncum Cauæ; Natura
 cessante officio sanguificationis, truncum Por-
 tæ iuxxisset duabus venis, quæ sanguinem siue
 ex chylo confectum in Hepate, siue remeantem
 ad Cor, traducunt in truncum Cauæ.

Si in homine non sanguificat Hepar, in alijs
 animalibus Hepar eodem officio priuabitur, &

ad bilem exsugendam destinatum erit: At multa animalia carent felle, & istum folliculum habent valde remotum à Iecore, nec ei vlo modo communicantem, vt Aristoteles demonstrauit, & post eum Plinius lib. II. Hist. Natr.

Bilis quæ cum chylo per tubulum Lacteum defertur ad Cor, inde per arterias quoquò versum deducta expurgatur in renibus per emulgentes, in alio per Cæliacam, vt scripsisti, Ergo nulla bilis ad Hepar refluere potest, aut exigua quæ in sanguine Venæ Portæ continetur ad Hepar refluat.

Sivnquam Bartholinus deceptus fuit, id indicauit in hoc capite postremo, pro coronide suæ Lymphaticæ doctrinæ. Intendit demonstrare, propter ademptum Hepati sanguificationis munus, non esse immutandam medendi methodum. Absurda & ridicula est hæc proposito quia falsis hypothesis innixa, ac proinde explodenda. Antiquos non moramur, & si ab orco renocati Theatris nostris Anatomicis inducerentur, in alium terrarum orbem se crederent delatos, plurimique viis circulatione Harvæi, Laetis Asselli, & Pequetti, Lymphaticis Bartholini, ductu Virsungiano, multisque Riolani observationibus, damnarentur, & abrogatarum observationum volumen nobis relinquerent, antequam Stygias redirent ad yndas.

Mihi videris imitari arrogantiam & insolentiam Paracelsi, qui iactirabat se ab inferis reuocasse Hipocratem, Galenum, Avicennam, & alios antiquiores Medicos, quibus cum ad Portas inferi disputauit demonstrauitque eorum Medicinam

94 *Dubia Anatomica Bartholini*,
 esse fallacem ac perniciosem, quod confessi sunt,
 atque *Paracelsus* Medicinam laudarunt & appro-
 barunt. Non video in Anatomicis iupta *Aristo-*
telem; *Hippocratem* & *Galenum*, *Recentiores*,
Vesalium, *Fallopium*, atque alios, nouas partes
 adhuc absconditas inuenisse, nec aliud cerebrum,
 alios oculos, aliud Cor, alios pulmones, nouum
 Hepar, nouumque Lienem, alia membra geni-
 talia reprehendisse; partes siquidem omnes cor-
 potis humani compositiores, & integrantes ab
Hippocrate, *Aristotele*, & *Galeo* fuere ani-
 maduersæ, & primum ab ijs descriptæ; sed poste-
 riore Anatomici quædam particulas in cerebri
 structura veteribus indictas & ignotas obserua-
 runt, alias in Pulmonum, Cordis, Hepatis, Re-
 num, partiumque genitalium fabrica, animada-
 uerterunt: ita de cæteris partibus corporis com-
 positis sentiendum, in quibus recentiores Ana-
 tomici noua quædam notarunt, aut prævè scripta
 emendarunt.

Circulatio sanguinis prout descripta est *Har-*
ueo, non est admittenda, eam correxit *Riolanus*,
 & vsum circulationis ad motus Cordis continui
 conseruationem necessarium, quem ignorauit
Harueus demonstrauit. Lactearum Mesenteri-
 carum & Thoracicarum usus, idem *Riolanus*
 rectius declarauit: ductus *Virgungiani* usum
 primus exposuit *Riolanus*, teste *Bartholino*.
 Lymphatica Vasa *Bartholini*, cum suis capsulis
 atrabiliariis *Riolanus* reijsienda demonstrauit.

Tu hæc minutula mirabilia putas, quæ *Riola-*
nus non putat esse magni momenti; *Circulatio*
Harueana te decepit in hac probatione, quam
 instituis

instituimus, non immutari veterem Medicinam, introductis Venis Lymphaticis, & destructo Hepatis officio; Omnes tuæ rationes dependent ex ista circulatione; quum tamen admittat Haruum chylum per Venam Portam deduci ad Hepar, & flocci faciat Vena Laetca Mesentericas: Tu negas chylum ad Hepar deferri, quoniam tuæ Venæ Lymphaticæ, chimericæ & fictitiae dissuadent id credere.

In primis sustineo, & probavi contra Herneum, nullam esse circulationem sanguinis in ventre inferiore, inter Venam Portam & arteriam Cœliacani: Negamus etiam sanguinem arteriosum solùm nutritre, sed venosum inservire, eumque posse descendere per easdem Venas, usque ad artus. Sanguinem tertiaræ regionis non recurtere ad Cor, nisi in summa necessitate & defecitu sanguinis in maioribus canalibus Venæ Cavae & Aortæ. Hæc tibi probanda sunt, alioquin falsas tuas hypotheses, ex circulatione Haricana depromptas asseuerabo, quas destruxi, nec potes quidquam recti stabilire de proposita quæstione, nisi veritatem tuæ circulationis manifestè demonstraueris. Ac proinde constanter affirmabo, contra tuas assertions, & conclusiones.

1. Methodum antiquam receptamque medendi prorsus immutari, quod Auzotius, ex tuo iudicio Vir doctus contendit, imò scribit nouam Physiologiam, Pathologiam & Therapeuticam stabilierandam esse, cuerio Hepatis officio, ut opus sit nouam Medicinam condere.

2. Causas morborum nouas, nouis ijs inuentis pullas certas & veras assignari posse.

L

96 *Dubia Anatomica Bartholini,*

3. Ab Hepatis obstructionibus alijsque affectionibus non dependere vitia sanguinis, si Hepar non sanguificet, quia bilis pauca & tenuis, quæ segregatur in Hepate, non potest ibi obstructions parere.

4. Falsissimum nihil sanguinis ex Hepate ad Mesenterium deriuari, ex circulationis principijs, nec villum chylum ad Hepar peruenire, ex observationibus Vasculorum tuorum *Lymphaticorum* illusorijs & ineptissimis.

5. Veterum autoritatem constantem & firmam præponendam esse tuæ experientiæ fallaci.

6. Admittō quidem propter circulationem sanguinis, prout eam descripsi, in morborum curatione interdum Cordis habendam esse rationem, si manifestè laxum appareat. Quapropter officium colligendi bilem ex sanguine Venæ Portæ transente per Hepar, ei assignatum stare non potest, quia bilis permixta chylo delato ad Cor, vbi in sanguinem arteriosum versus est, portio per Aortam ascendentem ad partes supra Cor, nempe caput & artus superiore defertur.

Isthæc bilis non potest ex doctrina circulationis, descendere ad Hepat per Venas. Altera portio sanguinis per Aortam descendantem excurrens, partim per emulgentes ad renes facebit, partim per Cœliacam migrat in aluum; ac proinde exigua portio sanguinis arteriosi ex Cœlia- ca arteria per Portam recurrat. Ergo nulla aut exiguabilis colligitur in Hepate: ac proinde falsum istud ministerium colligendi bilem Hepati demandatum.

Si *Bartholinus* meas rationes aduersus *Læ-*

Ereas Mesentericas & Thoracicas, & contra Lymphatica Vasa diligenter, ac pacato animo expendat, vel retractabit suas falsas opiniones, aut deiaceps cautior erit in promulgandis nouis inuentis Anatomicis, vel expectabit obitum Riolani, ut possit de rebus Anatomicis tam veris, quam falsis, nemine contradicente, triumphare.



MONITVM AD LECTOREM.

VVM essent quatuor folia huius Editionis absoluta, Accepi ab eruditissimo & peritissimo Medico Collega Amantissimo D. Guidone Patino, *Dubia Anatomica* ei transmissa ab Authore, cum Epistola, qua roget ut responsum differat *Riolanus ad Venas Lacteas*, donec apud te videbit *Dubia noua Anatomica de Venis Lacteis*, nuperime hic promulgetis. Mutauit enim multa, non inconstantia, sed quia alia sua sit experientia. Eius opusculis modestè respondi: causam mutandi multa, præbuit nuperum quoddam meum inventum Vasorum Lymphaticorum, quod Riolani nomini inscripti, quod ille & in Anatomicis sit Veteranus, & ad examinandam veritatem rigidissimus. Vasa sunt quæ ex singulis partibus referunt, Lympham puram ad Cor, & Mesenterium & icon, & liber ipse impressus monstrat Hafniae 5. Augusti 1653.

Quoniam D. Bartolinus causam Peque-

L ij

98 *Monitum ad Lectorem.*

et; nunc suam fact , introductis suis *Vasis Lymphaticis*, & eius *Dubia Anatomica* direc-
tè pugnant aduersus *Riolanum* : eius rationes
oppositas *Pecqueto* refutare voluit, easque mu-
tilavit, vt suo sensui accommodaret. Breuem
illam Commentationem quam à sesquianno
scripsi aduersus *Pecquetum*, assuere istis *Du-
bijs* à me resolutis, non inutile & iniucundum
Lectori iudicauit, vt pleniorē haberet de *Ve-
nis Lacteis* instructionem, nec repudio meas
primas conjecturas de istis *Venis Lacteis*. Si
retus sit ascensus chyli ad axillares.



C O M M E N T A T I O
aduersus nouum de Venis
Lacteis Commentum.

RA temporum felicitas, *ingue-
bat Tacitus, ubi sentire quæ velis,
& quæ sentias dicere licet;* Id ni-
mis hodie licitum, neque legibus
vetitum in Religione, & Medicina,
magnō Republicā detrimento, dum nouis op-
inionibus, erroneis, ac pernicioſis, quisque ad li-
bitum indulget: prīſca auorum nostrotum **vera**
Religio deſtruitur; atque Medicina vetus ac ve-
ra, tot ſeculorum experientijs confirmata cor-
ruptitur, nouis figmentis opinionum, & vene-
natis pigmentis medicamentorum, ad necandos homines introductis, & impune exhibitis. Nunc
ut quisque vult, fngit facitque Medicinam, li-
bertas vnicuique concessa dandi quidquid lubet
pro medicamento. Iam non sanat Medicina, ſed
quidquid videtur sanasse, Medicina eſt. Imò iam
maxima pars Scientiæ cœpit eſſe, sanare non poſ-
ſe. Id accidit ex veræ Medicinæ ignorantia, do-
cti, peritique Medici contempru. Nec mirum ſi
tot falsis opinionibus conſpurcata & deformata
ſpectetur Medicina, ut pristinam faciem vix re-
tineat, ac præſe ferat.

L iij.

100 *Commentatio aduersus nouum*

Ad euertendam hominis structuram symbolum suam attulit *Pecquetus*, sua doctrina noua, ac inaudita, quæ veterem atque hodiernam sive nostram Medicinam funditus euertit, tam in Physiologia, quam Pathologia, & Therapeutica. Quippe si iecur non est amplius pars princeps, naturalis facultatis sedes, sanguificationis opifex, sed vili ministerio addictum, nempe bilis excrementiæ expurgationi in Sanguine Venæ Portæ contentæ; morbi, qui in Hepate collocantur in eius actione lœsa, scilicet imminuta vel abolita attractione, & retentione chyli, vel ex frustatione sanguificationis, quales sunt diarrhoea chylosa, diarrhoea hepatica, cachexia, atrophia, hydrops; non amplius dependebunt ab hepatæ, sed ex ipsis Vasis Lacteis nuper detectis, vel ab ipso Corde, & pulmonibus.

In istorum morborum commemoratorum curatione non amplius respiciendum erit iecur; Nec ad id viscus dirigenda erunt remedia.

Propterea nouam medendi methodum inuenire, & condere necessarium est; Nam si Hepar non sit amplius hæmatoseos officina, frustra corruptiones massæ sanguineæ repetuntur ab Hepate, frustra laboratur in eius correctione, & expurgatione, frustra accusatur Hepar, author hydro-pis, ex frustata sanguificatione; frustra in profluvio Sanguinis recurritur ad Hepar tanquam ad fontem Sanguinis, eique adhibentur remedia.

Turpiter hallucinatus est *Hippocrates* cum sanitatem, & integritatem partium corporis, florenti iecori tribuit.

Ipsem et *Aristoteles* etiam deceptus fuit, &

de Venis Lacteis Commentum. 101

contra suam opinionem scripsit, iecur ad temperiem sanitatemque corporis plurimum conferre, quia finis est eorum, quæ sunt in Sanguine, & omnium viscerum, excepto Corde, refertissimum. Desipiebat adhuc, cum afferuit, naturam excrementorum receptacula iuxta iecur apposuisse, ut genitus Sanguis ab humoribus excrementijs expurgaretur, qui innoxie ad Cor deferti non poterant.

Delirabat *Aretens*, quando scriptis prodidit, quanto ad sanitatem iecur melius est, tanto deteriorius à morbis afficitur.

Si Lien parem habet usum & officium cum iecore ad expurgationem massæ sanguineæ sugen-
do aciditatem, nullatenus ad sanguificationem
opitulabitur. Delirarunt omnes Medici & Anatomi-
ci, quando de actione Lienis tractatunt. An
humori melancholico secernendo, vel excipi-
endo inseruiret, an hæmatosi defectu iecinoris ma-
le affecti aut corrupti, an superfluas humiditates
chyli emulgeret & absorberet, ut voluit *Ari-
stoteles*.

Omnes Peripatetici, qui ex professo patroci-
nantur *Aristoteli*, statuunt in iecore præparati
Sanguinem, perfici in Corde, ibique vim nutri-
tiuam, ac vitalem, atque calorem assumere, eo in
loco adhuc reconstum, ut fiat vitalis.

Decipiuntur quotidie Medici, falluntque suos
agrotantes, quum ortum, & fundamentum mor-
botum pene omnium constituunt in obstruc-
tionibus Hepatis, Lienis, Mesenterij, Pancreatis, &
ad partes illas referandas remedia sua dirigunt.

Nullum viscus magis obstructionibus obno-

L iiii

102 *Commentatio aduersus nouum*

xium prodidit *Galenus*, quam Hepar, propter variam alimentorum mixturam, quibus conflatur chylus; quineriam propter vasorum exilitatem, quæ in Hepatis substantiam disseminantur. At si iecur non amplius admittat chylum, isthæc morborum causa cessat. Nec amplius querendæ morborum diuturnorum & contumacium cauſe in obstructionibus istarum partium iam commemoratarum.

Itaque crudus, indigestusque chylus ex variis eduliis conflatus, per longissimas venas, à lumbis ad subclavios ramos Venæ Cauræ deductus Cor-di diditur. Ac proinde Cor erit chyli cacabus, (*vt loquitur ille*) ollaque coquinaria elaborando Sanguini destinata, atque per ventriculum dextrum in pulmones suas sordes ibi relinquit, vel secum reuehit in ventriculum sinistrum Cor-dis, inde in Aortam, quæ prima recipiet sordes, antequam ad venas perueniant.

Si Sanguinis per Venam Cauam labentis bilis secernitur in renibus, si bilis Sanguinis per Venam Portæ fluentis separatur in iecore, utraque bilis continebatur chylo, & sic impurus traditur in Cor & pulmones, nec fit istius excrementi secre-tio, nisi post multas revolutiones Sanguinis per venas & arterias. Ergo Cor & pulmones deterius nutriuntur quam reliquæ partes corporis, quia primæ excipiunt impurum chylum. Atque eodem Sanguine impuro per carotidas arterias transmisso, cum spiritu vitali cerebrum nutritur, ex quo suum animalem spiritum cūdet, & formabit (qui debet esse purissimus & subtilissimus) quod ipsi cerebro, eiusque functioni-

bus, tam ministris, quam principalibus non potest non officere, & incommodare.

Nam portio Sanguinis arteriosi, qui per truncum superiorem Aortæ transferrit in partes superiores, si comprehendas caput, æqualis erit alteri, qui ad partes inferiores ablegatur. Ac proinde in omnibus pulsationibus Cordis admissus in Corde chylus & expulsus cum Sanguine, cerebro non leuem noxam inferre potest.

Præterea, in Hepate fatetur duplēm bilēm contineri, unam subtilem in cysti; alteram crassiorēm, quæ per meatum fluit, utramque expurgari per intestina. Ac proinde inquinabit chylum, qui cum isto inquinamento per Venas Lacteas dorsales defeteretur ad Cor.

Sed quorsum in isto Sanguine Portæ eiusdem naturæ duplex bilis reperitur in Hepate diversis locis secreta, & recondita (quod deproprietat ex Riolano, qui causas assignauit in sua Anthropographia, capite de cysti fellea) ipse non explicat.

Si ab Hepate diarrhœa biliosa assidue fluat per intestina, chylus erit conspurcatus, biliosis, prauisque humoribus refertus, qui ad Cor aescendent.

Interdum alimentum liquidum in valerudinarijs, & ægrotantibus non potest in chylum verti à ventriculo male affecto. Attamen si istud alimentū fuerit succi non il laudabilis, attrahitur & emulgetur ab Hepate exsucco, ut queat alimoniam famelicis partibus suppeditare, tumque in Sanguinem qualemcumque vertitur. At si iste succus à Venis Lacteis exsugatur, loco chyli delatus ad Cor, periculose nocebit Cordi & pulmonibus, totique arterioso, & venoso generi.

104 *Commentatio aduersus novum*

Scriptum est ab *Aristotele*, & repetitum à *Plinio*, solum Cor in corpore vitiis non mace-
ratur, nec vitæ supplicia trahit; si putredinem in-
tra se concipiatur, nullum est remedium tam po-
tens, & efficax, quod eam possit eluere, aut emen-
dere, ex *Galen*.

Itaque non est probabile naturam voluisse,
Cor principem corporis partem sordibus obrue-
re. Nam ei us gratia sunt reliquæ partes corporis
conditæ.

Cum igitur anima multorum opinione habi-
tet in Corde, & Sanguis arteriosus prohibetur
animatus beneficio animæ: *Quis sanæ mentis*
credat Cordis viscus, solium animæ, Solis astrum,
in suo conclavi culinam corporis exercere, & om-
nes impunitates aluinæ regionis eò transferri; si
hoc ita fieret, miserabilis & ærumnosa foret ho-
minis vita, multis incommodis obnoxia, ex sor-
dibus chyli superne remeantibus.

Si venæ istæ Lactæ sint instratae, & firmiter
affixa vertebris lumborum, & dorsi, cumque sint
tenuissimæ, ac proinde frangibiles, si luxantur
vertebræ plurimæ in cyphosi magna, dum vio-
lenter spina in lumbis & dorso contorquetur;
possunt istæ venæ simulque receptaculum chyli
effringi in violentis motionibus lumborum.

Etsi supra lumbos iacet inter duos renes &
musculos Psoas, istud Receptaculum, quid opus
est incitabulo per Hepatis pistillum, beneficio
respirationis? quid contractione musculari? Nec
alia opus est probatione, per mechanica artificia,
si solus motus lumborum sufficit ad pellendum
chylum, quod tu ignorabas.

Quamvis Venæ Lacteæ exstent reuera, non omnes tamen Anatomici, qui eas admittunt, in vslu, & officio conueniunt. Nam *Gaffendus*, cuius autoritatem adducis, ad alios vslus ipsas accommodat, & chylum bile infectum esse statuit, ac in Venis Lacteis flauelcentem reperiti. Quod refutau in meæ Anthropographiaæ Mantissa; Eodem tempore *Follius Venetus*, tum Iuuenis quando scripsit, eandem opinionem Italicè proposuit, cui respondit paucis verbis *Bartolinus filius in sua Anatome secunda Editionis.*

Harrueus peritisimus Anatomicus, inuentor & author Circulationis Sanguinis per Cor & pulmones, Venas Lacteas flocci facit, & chylum per Venas Mesaraicas exfugi ab Hepate putat, & sustinet, quod miror, cum reuera exstent, & manifeste spectentur. Hoc me dubitare facit de eius experienciis, in viuentibus animalibus.

Alij per canalem *Vinfungi*, chylum ad pancreas deferri putant, & in viuis Lacteo succo refertum inueniri.

Ego non inutiles esse credo Venas Lacteas; sed ad reuehendum chylum ab intestinis ad Hepar conditas fuisse. Ad Cor verò chylum deferre impossibile, propter distantiam Cordis octo digitorum interuallo ab insertione venarum in ramos subclauios (rectius axillares dicerentur;) Nam si Naturæ fuisset intentio ad Cor per venam Cauam tuum transmittere chylum ad Sanguinis confectionem, potuisset iuxta diaphragma duorum digitorum distantia vel potius diaphragmatis interuallo, à dextro ventriculo Cordis, Venas Lacteas inserere in Cauam, ut cum ascenda-

**106 Commentatio aduersus nouum
te Sanguine chylus permistus Cor ipsum adiret
ac penetraret.**

Atque cum istud Receptaculum chyli habeat vicinam ac finitimam sibi Cauam in lumbis, poterat in ipsum Cauæ truncum chylus deriuati, cum per istum truncum descendantem Cauæ, Sanguis assidue nocte dieque ascendat ad Cor, ex doctrina Circulationis.

Conringius, lib. de Sanguinis generatione & motu, pag. 81. Notat Lacteum chylum omnem non tendere in Hepar, sed portionem eius statim in venam Cauam transire subinde, ne quidem omnis Lacteus chylus ab Hepate coquitur, &c. Quia pars eius aliqua statim rectâ in Cauam venam defluit, pag. 123. Quod ab Asellio primum est obseruatum, dein à Vallæo, in i. Epist.

Cum autem Lactæ venæ non habeant truncum ut Mesentericæ, ad quem confluunt & uniuertuntur, debent habere locum communem, in quem chylum refundant. Talis est glandula illa magna differta chylo, non est utricle, sed spongiosum corpus, ex quo depromunt suum chylum, canales ad Hepar delati, alij duo Pecquetiani ad superiorum truncum Cauæ ascendentibus, alij in truncum inferiorem Venæ Cauæ insinuati.

Nunc libere meum iudicium interponam de Venis Lacteis; Post multas cogitationes & observationes super ea re peritior factus, dies dies eruit verbum, & noctis notti indicat scientiam, ut est in Scriptura sacra. Quamvis extent & reperiantur in animalibus bene pastis, & post quartuor horas aperto ab domine; non sequitur in hominibus consimiles reperiisi.

Si reperiuntur, credo esse surculos rami Mesenterici Venæ Portæ, qui tunc temporis referti sunt chylo, quem deferunt ad Hepar per truncum Venæ Portæ; Alios verò ramos interspersos per Mesenterium, qui rubri comparent, & sanguinei sunt, esse ramos arteriæ Cœliacæ, qui præbent etiam alimentum intestinis, quando Venæ Mesentericæ sunt refertæ chylo. Traductio illa forsitan non durat ultra duas tresve horas, postea remeat Sanguis per Venas Mesentericas ad intestina. Cum autem in viuente animali continua fiat attractio chyli ab Hepate per Venam Portam, retrahitur Sanguis intra Hepar: cum iam sint oppletæ chylo Venæ Mesentericæ, extincto animali, & facultate attractrice exoluta, relabitur Sanguis in Venas Mesentericas, rumque evanescunt istæ venæ Lacteæ, propter affluxum Sanguinis, qui candorem illum destruit.

Ac sane venæ Lacteæ ex inuentore *Acellio*, & aliorum obseruatione, non sunt visibiles, nisi in viuente adhuc animali, in mortuo disparent: Atque ex ipso inuentore nullum habent truncum, propterea frustra multi laborant in-trunci inuestigatione.

Nec propterea discedendum ab antiqua doctrina, de chyli anadosi: nempe, per eadem vasa, diuersis temporibus, & alternis, diuersos humores fluere posse; chylum, & Sanguinem; imo chylum in trunco Portæ assumere tinturam Sanguinis, quin etiam eodem tempore diuersos humores labi per eadem vasa possibile est, modò sint diuersa trahentia. Intestina trahunt Sanguinem per Venas Mesentericas; vicissim Hepar

108 *Commentatio aduersus nouum*

chylum, quamdiu in ipsis vasis continebitur. Sic videmus in vasculo vitro colatorio vini & aquæ, nostra lingua dicitur *Monteuin* per eosdem tubulos istius vasis, vinum ascendere, & aquam descendere. Observamus etiam pus à partibus supernis per venas & arterias sickerum excerni, sine tinctura, aut leui Sanguinis. Flumina quædam per medium mare aquas suas dulces traducunt, & conseruant.

Actibi cum flutus subterabere Sicanos,

Doris amara suam non intermisceat vndam.

Si quis à me querat quid sentiam de ipsis venis Lacteis duabus nouiter inuentis, quales describuntur à *Pecqueto*, respondebo cum *Plinio*, omnium rerum sunt quedam in alto secreta, & suo cuique Corde prouidenda. Ideoque repide ac trepide meam sententiam more aruspicum conjecturis diuinando proponam. Quia didici ex Philosopho, doctrinam esse φρόνιμα τυπεῖον, & doctrinam esse aliquam ignorantiam, nec leuem scientiæ partem, scire te multa nescire.

Sunt igitur istæ venæ duæ Lacteæ ita conditæ, & dispositæ, forsan ut Sanguini violenter fluenti intra arterias per Circulationem, in venis crassities addatur, circa diremptus trunci Cauæ, versus axillares ramos, & iuxta iliacos. Nam in ipsis duabus locis truncus Cauæ venas Lacteas admittit.

Partim etiam ad nutritionem diuersatum partium corporis, quæ diuerso gaudent alimento, ut ossa & medulla, partim ad generationem & reparationem adipis per vniuersum corpus extensi; partim etiam ad fibroso materiae productionem in Sanguine, quæ remoram addit-

Sanguini, quod est verisimilius.

Forsitan etiam iste chylus trunco venæ Cauæ iuxta axillares infunditur, ut Sanguinis portio ex permissione chyli crassior facta, hæreat Cordi, & instar fermenti calidioris & acidioris, inferuiat ad elaborationem noui Sanguinis arteriosi, atque talis Sanguis crassior intrusus Cordis foueolis, & scrobiculis, & sub columnis carneis, siue musculosis aliquantisper remanere potest: siquidem non totus Sanguis in systole evacuatur, sed restitat exigua portio in ipsis locis latitans, à me commemoratis.

Ac sane oportuit Sanguinem ex diuersis substantiis conflari ad nutritionem diuersatum partium corporis, vt haberent aliquid sibi familiare quod ex Sanguine vniuersum corpus peragente eligerent, ac elicerent, & in suam substantiam vetterent: Inde crassities, & fibrosa substantia, massæ sanguineæ addita, atque pituitosus humor inde natus & concretus, Sanguini permixtus.

Videntur potius Sanguinis fibræ, ex illa portione chyli tenuioris superne & inferne trunco Cauæ infusi formari, quam in Hepate, cum ibi proctectetur Sanguis uniformis, nec fibræ Sanguinis in ventriculo fingi, formatique queunt, quamuis id proditum fuerit à Fernelio, quia ventriculus licet nervosus, de sua substantia nihil chylo impertit; quia si de eius substantia quotidie bis terve fibræ detraherentur vel eraderentur, breui consumeretur. Itaque verisimilius est ex crassa & pituitosa materia, qualis est chyli portio tenuior, per illas Venas Lacteas super-

110 *Commentatio aduersus nouam
nè & inferne trunko Cauæ intrusa, fibras af-
fingi.*

Atque dum in Sanguine educto per phlebotomiam, & vasculis excepto, superficies digitii minimi crassitie albicans apparet, non tam à putredine Sanguinis nascitur, quam ab ista chyli portione profluente cum Sanguine, quæ supernaturat. Quod si corrupta fuerit, excelsis & putrefactis fibris, in serum vettitur, inceptum alendo, inde atrophia & tabes. Ideoque Medici post detraetum Sanguinem è pede aquæ calidæ immerso, diligenter explorant lato baculo fibras Sanguinis: quæ si apparent, laudabilem iudicant Sanguinem: si defuerint, valde corruptum pronuntiant.

Forsitan etiam chylus ad axillares ramos Venæ Cauæ, & ad iliacos distribuitur in homine, si reperiantur isti tubuli Lactei, ut Sanguini permixtus, alimentum viscidum glutinosum præbeant supérne, variis glandulis vicinis, quales sunt glandulæ axillæ, laryngis, faucium, & sub mento, & aliis in collo secundum longitudinem iugularis externæ, parotidibus, quin etiam mammis mulierum. Chylus inferne permistus Sanguini, nutrimentum exhibit glandulis inguinum, supra & infra pubis ossa, sed qui canalibus coërcetur in Mesenterio, alimentum præbet in numeris glandulis, & ipsi Pancreati glanduloso, atque iuxta partes illas glandulosas à me commemoratas, multus adeps colligitur, cui reparando videtur inseruire, vt in brachiis, thorace, partibus inferioribus ad nates & femora, Abdominis adeps circumfusus, ab isto chylo.

de Venis Lacteis Commentum. **III**
elylo Mesenterij etiam suum ortum habere po-
test versus lumbos.

Interea notanda Mesenterij sympathia mira-
bilis, cum collo, axillis & mammis, per istos tu-
bulos Lacteos nouos. Ac proinde vitium glandu-
larum stulosum, non elucere solet in istis locis, nisi
radices egerit in Mesenterio. Atque prudenter Ve-
teres Medici, & Recentiores, radicem Scrophu-
larum constituunt in Mesenterij glandulis, nec
possunt perfectè sanati, nisi radicitus eruatur hu-
mor crassus, viscidus, ibi incuneatus. Cur potius
circa iugularem externam emergunt, & adnas-
cuntur isti tumores? quia proximior est inser-
tioni tuborum Lacteorum, & partes istas ex-
ternas alit.

*Prætermissa suis locis signatis in-
serenda.*

PAg. 30. lin. 4. Dignoscitur confluxus mu-
tuus humorum à vena Porta in Cauam, &
vicissim à Caua in Portam, per illas Anastomo-
ses venæ Portæ cum Caua, in emulgentibus ve-
nis, & in trunco Cauæ. Inde fit ut mixtio noctu
plurima, paucam significet deiectionem, & vice
versa, copiosæ deiectiones minuant vrinæ flu-
xum, ex Hippocrate. Sordes venæ Cauæ per al-
uum expurgantur, & vicissim in morbis illuviis
crassa Venæ Portæ, per vrinæ evacuatur. Itaque
ex vniuerso corpore, etiam è capite, impuritas
M.

112 *Prætermissa suis locis*
 partium superiorum & inferiorum, quæ in vasa
 transfertur, potest expurgari, vel per vrinas, vel
 per aluum, Naturæ beneficio, vel ope medica-
 mentorum, quæ possunt vires suas extendere ad
 tertiam regionem, ac proinde in morbis non
 sunt negligenda diureticæ: detracto sanguine è
 pede potest depleri vena Porta non tantum per
 arteriam Cœliacam in Aortam descendente, sed etiam per venam Cauam ratione Venarum
 Lactearum, quæ in truncum Cauæ inseruntur.
 An in affectibus capitinis sit secunda vena pedis,
 præferenda sinistra saphena dextræ, ratione istius
 Lactæ Thoracice, quæ pertinet ad axillarem
 sinistram, iuxta originem iugularis externæ, ut
 seruetur rectitudo Vasorum, & situs partium?

Pag. 31, lin. 8. Porro diligenter consideran-
 dus est rami Mesenterici progressus usque ad ma-
 gnam istam glandulam in centro Mesenterij si-
 tam, & in ea Receptaculum chyli, deinde Ve-
 narum Lactearum ab ista magna glandula oblon-
 ga prognatarum disseminatio per totum Mesen-
 terium, usque ad intestina tenuia notanda venit,
 quia in ipsis locis potest fieri obstructio, quæ im-
 pedit distributionem chyli: locos certò defini-
 re difficile, sed coniecturis id possumus a lequi,
 nam si in venis Lacteis & Receptaculo adsit ob-
 structio, deiectiones erunt albicantes chylosæ,
 si fuerint cineritæ, in ramo Mesenterico & Re-
 ceptaculo, si deiectiones apparet subrubrae ob-
 structio erit in trunco Portæ.

Pag. 46, Animadu. lin. 6. Truncum Venæ Ca-
 uæ oritur à Cordæ sustinet lib. 3 & lib. 6.

Pag. 89. lin. 31. Non metuis chylum crudum confundere in Corde cum sanguine arterioso, & reprehendis Harueum pag. 47. tue *Anatomiae Reformatæ*, quod chylum per Venas Mesentericas ad Hepar deferti crediderit, cum sanguine refluat ad Circulationem: sic confunderentur diversa, concocta cum incoctis.

ERRATA CORRIGENDA


FINIS.



ERRATA CORRIGENDA.

Epistola pag. 6. lin. 3. finditur.

PAg. 2. lin. 17. *lege quas*, pag. 16. lin. 18. *lege ergo cor*, pag. 26. lin. vltima pro qui, *lege quæ*, pag. 29. lin. 21. *lege prægesso*, pag. 31. lin. 26. *lege sub ipso*, pag. 32. lin. penult. *lege fit*, pag. 48. lin. 24. post ascite *adde si ad venas ire cogitur*. pag. 16. animaduersi. lin. 13. *lege imperatos*, pag. 23. lin. 19. *lege Actione pro Vstione*, pag. 24. lin. 19. *lege secundæ*, pag. 27. lin. 15. *lege Cordis in sua basi occupat*, pag. ead. lin. 24. pro erue *lege æquæ*. pag. 39. lin. 7. *lege in qua*, pag. 41. lin. 3. *lege collectam*, pag. 67. lin. 24. *lege Vlna*. page 85. lin. 12. post verti *adde non*, pag. 88. lin. 30. pro operationem, *lege distributionem*, pag. 92. lin. 31. pro an *lege ad*, pag. 96. lin. 22. *lege superiores*, pag. 108. lin. 16. *peruidenda*.




PARISIIS,

Apud Viduam MATHVRINI DV PVIS,
viâ Iacobæa, sub signo Coronæ Aureæ.

M. DC. LIII.

Cum Privilégio Regis.




AVGVSTO
DANORVM REGI
FREDERICO III.
VERE PRINCIPI,
INVENTVM CHYLI
NOVVM

NVNQVAM A CONDITO
Homine, in Homine hactenus
obseruatum,

*Seque, Fortunamque suam hu-
millimo studio*

Iustissimo Majestatis illius
Imperio

SVBIECTVS
THOMAS BARTHOLINV^S
DICAT, CONSECRAT.





THOMÆ BARTHOLINI
DE LACTEIS THORACICIS.

HISTORIA ANATOMICA.

CAPVT I.

Prefatio, & Summa tractandorum.

— Non omnia grandior ætas
Nos quo scimus habet, seris venit usus ab annis. pag. i.
Enimvero:
Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam,
Quin res, ætas, vius semper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias,
Et quæ tibi putaris prima, in experiendo ut repudies.

Critè ex quo corporum humanorum
prospectio apud maiores nostros conce-
pta primum fuit & nata, nunquam ad
illum perfectionis gradum adolevit,
quin naturam à se sollicitatam, in sui augmentum p. 2.
sæpius pertraxerit. Sapiens & vnius ætatis pertæsa
Natura, nobiscum ludit, ut per partes & tempora-
rum spiramenta imis abscondita visceribus secre-
ta pro cuiusque modulo distribuat. Debemus se-
culis scientiam, & posteris sapientia fortassis illu-
strioribus merito inuidemus, quia neandum vni-
uersam à nobis exhaustam naturam haud ignora-

A iii

6 *Thome Bartholini*

mus, & serio dolemus. Maltum restat operis, multumque restabit, nec ulli nato post mille secula præcludetur occasio aliquid adhuc adjicendi. Nulla tamen vñquam artas aut inueniendis naturæ arcanis felicior, aut indagandis curiosior hæc nostrâ illuxit, cuius felicitatem cælo referimus acceperam, & oculatis scrutantium manibus. Vix umbram ex antiquis seruamus, quos non tam sequimur quod naturæ instituta aut æterna placita adinuerterint, quam quia ætate præcesserunt. Multum egerunt illi, sed tantum abest peregerint omnia, ut ignorant potius infinita, quum maxima pars illorum que sciuerunt, minima sit pars illorum quæ sequentium temporum nos docuit industria. Nolo in venerandæ antiquitatis inuidiam singula per partes repetere, nec in sexcentis obseruationibus rædioso sermone iam nunc immorabor: nuperrimum chyli vas eiusque per corpus progressum, quo nihil vñquam aut naturæ consultius, aut utilius nobis in lucem prodiit, certissimæ ex cadaveribus humanis brutisque experientia ductum sequutus, aggrediar.

Summa rei circa distributionem alimentorum versatur. Alimenta in ore prævia per dentes masticatione præparari primum, omnibus est in confessu: eadem masticata per œsophagum in ventriculi capacitatem detrudi nemo est qui ambigat. In ventriculo concoqui, & in chylum latet simillimum mutari, humido diluente, acore incidente, & calore fundente, ab aliis fuse est probatum, & alibi à nobis. Factus autem hac coctione chylus, quia in ventriculo qui solo nutrit sanguine, morari non debet, & in totum cor-

pus est distribuendus, ex ventriculo deferri debet, ut termino à quo, ad partes quæ in sanguinem transmutent, ut terminum ad quem, per vias in omni motu necessarias. Et de his distributionis viis ferram controversiarum duxere omniæuo Anatomici, ut tot sensus numeremus, quorū capita. Quidam enim immediatè ex ventriculo ad terminum seu organum sanguificationis progressi existimavunt; aliis per pylorum in intestina eiusque vasa protrudi fuit visum. Paucis nos in singulorum veritatem inquiremus, omissis in præsenti quæ determino ad quem dici diffusa oratione possent.

CAPVT II.

Chylum non ferri immediatè ex ventriculo ad organum sanguificationis.

Qui ex ventriculo statim abripit chylum, omissis intestinis, crediderunt, varias sibi vias elegerunt. *Galenus l. 4. Vf. Part. c. i.* perniciosa pelli infernè tradidit, reliquum vero omnem, quod fuerit natura utile, utilius adhuc ab ipso ventriculo redditum, *venis* quæ tum ad ipsum ventriculum, tum ad intestina perueniunt, distribui. Vbi utramque traductionem ad Hepat admittit & immediatam & mediatam. *Aquapendens l. de Ventr.* consentit, sed de chylo tantum tenuiore, *venasque gastricas* expressius nominat. *Carolus Piso in Praef. l. de Serosa Collar. gastricas* easdem eligit, *Epiploicas*, ut & *vas breue*, per

A iiiij

3. *Thomæ Bartholini*

quæ ad Lienem chylum dederit. Sed suspectæ sunt omnes hæ venæ, quia Sanguinis sunt, non chyli vehicula. In gastricis quoque valuulam locauit Natura, quæ nihil ad Lienem per ramum splenicum admittit. Vas autem breue, quando Lieni inseritur, defert potius acidum ex Liene succum, sèpius tamen ex ramo splenico oritur, liene præterito. *Pjonts* sententia falsa nititur suppositione, quum lien nec chylum recipiat, nec arteriosum sanguinem conficiat, sicut alibi probatum à nobis. Aquosiori verò chylo *Galeni* & *Aquapendens*, commodiores infra vias assi gnabimus.

¶ 6. *Poros ventriculi & Hepatis vel Lienis vicini porositates tenuiorem chylum exsugere verosimile iudicarunt Gassendus & Veslingius, alius que Italus, qui huius rei titulum diuulgauit; Sed me repugnante, quum communis hæc fuliginum sit via, angustioresque sint porti quam pro chyli substantia. Nec ullum huius ventriculi raritatis indicium in Anatome vivorum deprehendimus, taceo eadem via patere & sanguini ex Gastricis & Epiploicis, multo tenuioribus, exitum. Quis denique, prohiberet, quo minus alibi quam ad Hepar, quam Lienem diuerteret, siquidem ex Hipp. l. de Alim. ξύπνια μία, ξυμπνία μία, ξυπνήστρα.*

Per distinctum *Vasorum genus* peculiare definiunt ad Lienem Cl. Conringius l. de Gen. Sang. c. 6. aliquando detegendum, sed solum porulentum chylum, non expectata pylori apertione. Variis opinionem argumentis eruditè probat, de quibus in *Reformatæ Anatome* nuper egimus.

Nam suppositione tali nituntur , quam ipse postmodum pro candore suo damnauit. Pylorum enim nondum concocto alimento crassiore ape-^{p.7.} rit, chylumque per intestina distibui , quotidie in sectionibus animalium hominunque experimur. Et ad vias ignotas confugere infra Anatomi- ci est dignitatem , vbi apparent manifeste ; In minori certe adhæsione Lienis , nunquam huiusmodi vias inuenimus, quanquam post pastum po- tumque fuerint suffocati. Iamque sumnum Vi- tum in aliam propendere sententiam certo indi- cio suspicor.

CAPUT III.

*Chylo rebendo nec Cholidochum , nec Pancreas ,
nec Mesentericas vulgares esse destinatas.*

Ad intestina qui chylum transire conce-
lidunt, quod multorum fuit placitum , il-
ludque verissimum , illa vasa admitttere debent
qua^e seu in Mesenterio, seu intestinis primis con-
spiciuntur. In primis intestinis seu duodeno oc-
currit Cholidochus porus , & ductus Pancreatis ^{p.8.}
Virungianus. *Cholidochum*, seu Chylodochum
amat *Gaffendus* in Appar. de Nutrit. Anim. de-
stinatum ob situs commoditatem , non tam ege-
rendae cholerae , quam ingerendo chylo. Verum-
enim uero, trajectio chyli in nonnullis fit anima-
libus, cholidoco destitutis. Imò valuula adest
in exitu meatus , vel potius obliquus ductus in-
gressum prohibens , vetansque in distributione

• 10

Thome Bartholini,

hac nutritium succum excrementis misceri. Præterea obseruatur in Mesenterio distributus chylus satis copioso, & terminum finesque choliodochi præteriisse. Nihili est Riolani in *Antrop.*

Nousa necessitas, obstructis tenuibus & Mesenterio; nam ex ipsis obstructionibus potius mors sequitur & atrophia, imo in voluulo, ubi circa cœcum sit obstructio, experientia N. *Fontani*, vel ipsum cœcum obstruit Ileum, obseruante *Hildano*, vel planè *Ileum* conuolvitur, ut in dissectis videt *Pandarolus*, cur ita mors sequitur? Cur nulla per Cholidochum chyli tractio? Abscessus autem in Mesenterio & colo, uxorem Mengacij

p. 10. strangulauit apud *Lel. à Fonte* in Cons. In *ductu Virsungiano* valuula obstat, siue interior intestini tunica valvula emula, quae ne stylum quidem ex intestino admittit, nisi accedente vi, multò minus seu bilem ex choliodochi vicinia, ut contra me suspicatur *Higborus* lib. 1. Anat. Disq. part. 2. cap. 8. siue chylum, quod experimento, me iudice, impossibili, inductus *I. Bachius* de Cord. Sect. 2. c. 3. defendit. De qua opinione videnda *Anatomie nostra Reformata*.

In Mesenterio hactenus nota occurruunt tria vasorum genera, nervi, arteriae & venæ. Nervi nullos meruerunt calculos, quia sensui tantum dicati sunt & obscuro motui, ad hæc exiles sunt in Mesenterio, absque humiditate, nec caui. *Arterias Mesentericas* exsugere chylum distribuendum voluerunt *Galenus* lib. 4. Vf. Part. cap. 17. sed modicum tantum, *Varolius* l. 5. Anat. c. 4. *Spigelius*, sed in sano tantum statu. Cæterum quanquam *Erasistratus* in hædis lactantibus vi-

derit arterias lacte turgidas, arteriae tamen non fuerunt, sed Vena^e Lactea per nebulam ipsi obseruat^e. In arteriis enim chylus visus nunquam, nec eo munere defungi debent, si quidem ex certissimis Circulationis demonstrationibus nutritum sanguinem intestinis aduehant, nihil reuehant siue ad Cor siue Lienem. Igitur in *Venis Mesaracicis* acquieuerunt iam à Galeni tempotibus ferè omnes, qui & ipsi, difficultatibus hinc inde obsisti, in varias sententias scinduntur. Quidam eas diuidunt, vt aliae sanguinem, chylum aliæ vehant. In tempore alij discrimen ponunt, vt alio tempore sanguinem, chylum alio deducant. Sunt tandem qui eodem tempore easdem & sanguinem perferrere, & reuehere chylum credant, quemadmodum in fluminibus contrarias subinde ferri aquas obseruamus. Sed nulli ex illis Naturæ institutum vñquam sunt assequuti, Nos tantum credimus, quantum manibus palpamus, oculisque videmus. At in *Venis Mesaracicis* nunquam visus fuit chylus, siue dilutus, siue purus, sed constans semper & in omnibus sanguis. Reuehendi vero ex Hepate sanguinis officio, miserè exciderunt venæ, siquidem & ligaturæ in viuis & valuularum situs demonstrent per eas reduci sanguinis reliquias ad Hepat, nihilque remeare. Nec cum *Riolano* credimus, necessitatis tempore in omnimodâ obstructione Lactearum, hac chylum perferriri. Cessabit, potius, vt dictum, nutritio, & atrophia marcescat animal. Et quid ad chylosum intestinalium fluxum reponet? *Harrueio* autem oculatissimo in Anatomicis condonare non possumus antiquum errorem, quum

12 *Thomae Bartholini*

opus non sit vasa confundere, quæ distinxit na-
tura, sciamusque diuersum esse vasorum umbili-
calium usum in embryone & adulto, nec deni-
que Mesaraicas venas chylo impleri videamus, si
aliunde influxus impediatur.

p. 12.

CAPVT IV.

Compendiosa Lactearum Aselliij Historia.

HAec tenus per inanes aliorum coniecturas
hiuimus, qui te vera operam luserunt, quod
seposito sensu naturam ad rationis normam ex-
aminarent. In quo luto adhuc hæreremus, nisi
quartum in Mesenterio vasorum genus *Casp.*
Aselliij Anatomici Ticinensis felicitas Anno
1622. nobis detexisset, quod *Venas Lacteas* à
coloris splendore nominauit, quibus vniuersum
hoc distributionis chyli negocium natura deman-
dauit. Docet profectò oculatis inspectio, Venas
sui generis quamplurimas per Mesenterium spar-
tas lacteo chylo turgere in viuorum animalium
iuxta & strangulatorum post pastum sectione,
ip[s]isque hominibus, quod cum *Tulpio*, *Veslin-*
gio, *Folio*, *Gaffendo*, *Highmoro*, nos Hafniæ non
semel demonstrauimus. Religio sit tam manife-
stæ experientiæ fidem denegare. Progressus La-

p. 13. ctearum ab omnibus intestinis, etiam cæco, fre-
quentius tamen à tenuibus & copiosissimæ ad
ieunum, vnde ad glandulam Mesenterij me-
diæ perductæ instar capreolorum vitium im-
plicantur, indeque partim ad *Hepat* cum porta

variis insertionibus abeunt recta, partim ad E-
mulgentes, partim ad Cauam, quemadmodum
post *Astellum Vralans*, & omnes oculati ob-
seruarunt, vt chylum hac semita incedere dubi-
tare amplius non liceat, quod adhibitâ quoque
ligaturâ in viuis certius deprehendes. Distincta
autem esse à *Mesaraicis Venis vasa*, humor
contentus indicat, qui vel constans manet post
mortem, vel distributione finita disparet, relictâ
tantum fibrillarum specie. Nec *arterias* esse,
simplex tunica permittit, quies & candidus suc-
cus. Neque cum *Nervis* esse confundenda caui-
tas probat & ramorum multitudo. Tandem ne-
que *adipem* esse, aut adiposæ materiæ receptacu-
la, quod dubium *Gassendus* mouit, vel hinc pa-
tet, quod accidente cadaveris frigiditate densa-
rentur potius, quam disparetent. Chylum autem
proximam pinguedinis materiam esse, Hippo- p. 14.
erati Folioque adhuc non concedimus, ob ratio-
nes in *Anatome Reformatæ* à nobis allatas, lau-
datasque à *Riolano*, præter morem hîc nobis
amico.

CAPVT V.

*Nouum Pecqueti Lactearum complementum in
Hominibus à nobis obseruatum.*

STETIT HIC obseruantium industria, & confe-
ctum distribuendi chyli pensum malè creduli
existimarent. *Astellio* tantum debuisse visi su-
mus, ut nihil ultra de Lacteis scrutaremur, nisi

quorum ipse duxisset lineas & signasset. In Pancreas terminari sive medium glandulam ratum fuit, & angustiis abdominis circumscribi. Excitatæ mentes difficultates viderunt, de ramorum inter Pancreas Heparque exilitate, diuersasque sed ignoratas adhuc vias præsgiri futurorum diuinarentur.

Astellus Tab. III. lit. T. originem Mesenteri p. 15. terij designauit, sed eandem si prosequutus fuisset ulterius spinam versus, plura inuenisset. Cæterum hanc curæ laudem & inuentionis, reliquit posteris. Hippocrates quoque, cumque sequuti *Martianus & Castellus*, chylum ex Mesenterio ad mammas detrudi plurimis coniecturis suspiciati sunt, sed vias nominarunt nullas præter incognitas, & corporis porositates. Nuper verò æternâ nominis sui famâ venarum Lacteârum Terminum auxit produxitque *Ioannes Pequettus*, Diepæus, Medicus Parisiensis, editis Experimentis nouis Anatomicis, quibus incognita haec tenus chyli vasa detexit, & publico assertuit Parisiis 1651. trium annorum obseruatione, quod tamen tribus sectionibus, imò minoribus, aliis videre dabatur. In his duo primus adinuenit in ouibus, canibus aliisque animalibus viuis post pastum quarta circiter hora dissectis. Primum, à Mesenterio seu venis *Astellus* Lacteis iam notis, prodire sub iisdem Receptaculum quoddam chyli, in quod per varios Lacteos ex Mesenterio de-

p. 16. riuatur omnis chylus. Deinde, ex eodem Receptaculo sursum per Thoracem ad subclavias serpere alios ductus chyliferos. Vtrumque, tot seculis inauditum, casus aperuit nihil tale cogitanti, sed circa cordis motum in viuis occupato : Exem-

ptis enim visceribus, copiaque cruris absterrâ, in conspectum felici augurio prodire Lacteus liquor & candicantes Thoracis ductus, quos vltius deinde inquirens, circa Diaphragma & Mesenterium originem deprehendit. Mirum profectò rem manifestam omnium hactenus oculis se subduxisse, etiam illorum qui vano supercilie ultimum se Anatomiae complementum addidisse gloriantur. Nos verò facilem meremur veniam, qui naturam quotidie ad noua sollicitamus, nec tamen assequuturos ingenuè fatemut. Vnde Pecqueto gratiam referimus, quod hæc præteruisa infelicitati nostræ potius tribuat cap. 1. p. 3, quam incuria. Monitus per Epistolam à fratre Cl. V. Erasmo Bartholino Medico & Mathematico insigni, qui Blæsis experimenti veritatem comprobauerat, anxiè Pecquetianis obseruatio-
p. 17.
nibus inibiaui, nouæque rei sollicitudine excitat-
tus, cum primum libri copia mihi facta fuit, dili-
genter cum M. Michaeli Lysero, amico meo &
in Anatomicis optimè versato, inquisiui in vivo
cane quarta post pastum largiorem hora, reperi-
que plerique ab ipso obseruata & iconce expressa.
Putabam autem, siquidem in tanto viui animalis
motu & extremo torturæ conatu, citius pereant
Vasa Lactea, & ego aliàs in hominibus strangula-
tis obseruauerim Lacteas Venas superstites, suc-
cessurum quoque experimentum, si vel animal
post pastum aliquot interiectis horis celeri chordâ
strangulatur, vel homo cruci destinatus post
largius ientaculum suffocatus aperiretur, qia
tum Thoracis motu cessante inhibitâ respiratio-
ne eodem situ permanent humiditates distributæ,

15 *Thomæ Bartholini*

nec à dolore secantis facile mouentur. Meditato
consilio optatus euentus adspirauit, plurimisque
in canibus factis experimentis, humana tandem
cadavera ex voto publico, Serenissimo Rege

p. 18. FRIDERICO III. clementer annuente, ro-
tae alioquin & perpetuae cruci adiudicata bene-
que pasta; nocti in singula accuratius tam in pu-
blico Theatro Anatomico solemniter demonstratio-
ne, quam priuata opera, tanto maiori studio in-
quisiuimus, quod priuati hæc in homine tentau-
rimus. Primum cadavera infanticidæ fuit, fuis
alterum, illud macilentum vixque ossibus hæ-
rens, hoc obesum planeque omnibus numeris
sanum. Vtrumque quinque ante interceptum spi-
ritum horis, cibo vinoque, fuit ad satietatem re-
plete: in primo Lacteas Mesentericas & Tho-
racicas chylo repletas inuenimus, in altero vero,
ne chyli in vasibus illis vestigium vsquam visum,
nectamen spe frustrati aut expectatione; com-
parebant enim in Mesenterio glandulae lumbares,
& in Thorace ductus chylo destinati, quos ea fa-
cilitate eruimus quo superiores loco nobis & mo-
do tot ante in animalium sectione experimentis
factis ad vnguem cognito. In primo glandulas
plenas tres lumbares loco Receptaculi Pecque-

p. 19. tiani, monstrauimus publicè, & Thoracicarum
Lactearum in axillarem sinistram insertionem
externam triplici ramulo conspicuam. In altero
maxima cura nostra occupabatur, visis glandulis
iisdem, in interna insertione Lactearum Thora-
cicarum, quam cum valuula, explicata axillari
egregiè vidimus, adhibito folle aliisque cultri
adminiculis. De fide nostrâ & sinceritate nemo
candidus

candidus dubitet. Nunquam publico imposuimus aut verba deditus. Non defuturos tamen scio quos vel inuidia vel contemptus transuersos rapiet. Sed apage hanc hominum nationem, lex habet comprehendinationem, ipsi experiantur si possint, si minus nostra vestigia sequantur, & definant malè agere & audire. Interca si actionem falsi instituant, tabulas pro me habeo & testes, maximos, minimos, omniumque ordinum spectatores honoratissimos, qui demonstrantibus nobis secantibusque publice priuatim adfuerunt, in primis Illustrēm & Magnificum Heroem, Dn.

Christianum Thomeum de Stougaard, Equitem ^{p. 20}

Auratum, Ser. Reg. Cancellarium Magnum, & Academiz literatorumque Conservatorem perbenignum, aliosque Generosos nobilissimosque Viros, quos rei nouitas & in me fauor solitus ad hoc Naturae spectaculum induitauerat, nunquam non hoc nomine laudandos, neconon Medicos quamplures Excellentissimos & Anatomicarum rerum peritissimos, Jacobum Fabricium, Olavum Wormium, Simonem Pauli, Paulum Methium, Henricum Fairen, Jacobum Finchium, aliosque Professores Regios, & lectissimum studiosorum splendidam coronam. Quisquis tot tantisque nominibus fidem detrahit, ipse in æternum cassa sit fide. Diuersam autem in homine & brutis obseruauimus vasorum nouorum fabriticam, & in brutis quoque pro specierum induividuorumque diuersitate, quemadmodum accuratius & methodo solitâ in sequentibus sumus explicaturi, ad hominem præsertim digressuri, quia inuentor primus bruta sola cultro Anatomico subiecit, &

B

18 *Thome Bartholini*
 p. 21. *obseruationes suas obscuris adeo verborum, sensu
 tentiaturque flosculis exornauit, ut lectors re-
 petita lectio, dubios semper dimittat.*

CAPVT VI.

*Anatomica Glandularum Lactearum lumba-
 rium Historia.*

Primum quod sub Mesenterio nuper inueni-
 tum diximus, quia ex Lacteis Venis Mesente-
 rieis chylum recipit, tanquam in Cisterna, *Rece-
 ptaculum* vocat *Pecquetus*, subinde *Lacteos la-
 tices*, *chyli stagnum*, *chyli penus*, *vesicam*, &c.
 Sed haec in bruis solis nomenclaturae obtinent,
 quibus manifestior quam homini cauitas. Vesica
 tamen non ita commoda est, quia nutritium su-
 cum, non excrementum continet. Cl. 10. *Horn-
 nius*, Anatomicus Leidenensis, *sacci Lactei* nomine
 dignabatur, quem necdum viso Pecqueto simi-
 le quid in Mesenterio canis ipsi occurrisset. Nos
 communi appellatione *Glandulas Lacteas lum-
 bares* vocabimus, quia tales reuera in homine
 nobis visa & brutorum parum hinc abludunt.

Situs. Intra centrum Mesenterij, quod subin-
 de alteri exactè superponitur, sub cæliaca &
 emulgentibus, circa lumbares vertebrae inter ea-
 rundem musculos &c, media ferè regione in-
 ter renes & capsulas atrabilarias, quas vti & re-
 nes subinde tangit vel immediato contactu, vel
 missis ramis. Non priors medium lumborum
 locum seruat, sed subinde ad dextrum deflectit,

plerumque ad sinistrum in brutis iuxta cauam
descendentem, prope tenem sinistrum, inter-
dum ad utrumque latus inter musculos lumbares
sub caua. Superior glandula in homine dextrum
eligit, statim sub appendicem Diaphragmatis
exortu, reliquæ inferiores cum Receptaculo bru-
torum parem situm occupant.

Profundior situs & ad tutelam spectat, & ca-
lorem, ob vicinas arterias, & ad faciliorē chyli
expressionem. Anteriori enim parte Mesente-
rium instat, ad latus vel postica parte vertebræ, à
quibus in angustias compellitur, ut tanquam in
fistula, butyrum vel aqua, superposito pondere,
chylus exprimatur. Quam pressionem iuuare cre-
dit Pequetas Appendices Diaphragmatis vici-
nas illi subiectas, quæ distendi nequeunt in re-
spiratione, quin ipsum Receptaculum disten-
dant, adeoque contentum chylum propellant.
Has vices glandula humana superior iustius
commodiusque experitur, quam appendices septi
arcuus in volvunt & complectuntur. Meo iudi-
cio musculi lumbares suas quoque huc operas
conferunt.

Substantia variat. In brutis nonnunquam est
membranosa, sed tenuis ex peritoneo, apparetque
prima fronte viscide pituita concreta, aut pin-
guedo. Ad tactum mollis est, & glabra, digitil-
gue pressa lubrica est & flaccida, indicatque in-
tus contineri humiditatem. Interius, si vel cul-
tro vel digitis rumpatur, apparet inter duas mem-
branas cauitas quedam chylo repleta vel sero,
quo educto manifestius conspicitur nunc duos
digitos capiens, nunc unicum, nunc vix sensibili

B ii.

p. 24. cavitate, repletum viscido & coagulato lacte. In hominibus propterea diversa substantia. Glandulosa enim est & solida instar aliarum glandularum Mesenterij, venulis Lacteis quasi irrigata, chyli tamen per minimos anfractus capax. Cur vero canibus cava sit excauata magis quam hominibus, dicere non possum, nisi in voracitatem illorum causa sit referenda.

Numerus. Unicum est brutis, ut respondeat glandula maiori Mesenterij, unicaque cava. Observauimus tamen & in cane duplex, utrumque unum, oblongius inter musculos lumbares & vertebrales situm, in quo dextrum ad Thoracem mittebat tumidum ramum, sinistrum ad glandulam Mesenterij, quod tamen cum dextro ramulos communicabat. In hominibus tres glandulas notaui, duas maiores in vicem superpositas, sed mutuis ramulis Lacteis coniunctas, inter cava descendenter & Aortam in angulo, quem emulgentes cum cavi faciunt. Tertia superior Diaphragmati vicinior, eiusque principio neruo sub appendice immersa. Credo tamen varium esse in variis numerum, siquidem in quoddam homine plures in Mesenterio comparebant glandulas quam in aliis hactenus a me dissecatis, ut etiam quamplures Aortam ad Ilia usque comitarentur.

Magnitudo. In brutis a Diaphragmate ad tertiam lumborum vertebram nonnunquam protrudit, latum, ut impleat spatium inter lumbares musculos, ad renes eiusque capsulas extensum, nonnunquam minus, & curiosè inueniendum. Interior vero cava non est adeo ampla,

Sed ad digitos duos, vel unum vel medium capiendos accommodata. In hominibus, quia plures glandulae, singulæ trium transuersorum digitorum æquant longitudinem.

Figura. Externa, inæqualis in brutis, glabra tamen: Qualem nobis depingit *Pecquetus*, siue pyramidalem; Sed ea figura appetat tantum reclinatis ad latera intestinis; quæ quum trahant *p. 26.* quoque secum sequax Receptaculum, istam figuram extorquent. Formæ enim est compressæ in situ suo reliatum. Subinde tamen & nobis oblongiori forma apparuit: In hominibus vel rotundæ sunt glandulae, vel oblongiores.

Color. Candidus est & lacti simillimus, qui non perit facile cum vita, sed constans est, siue ob duplice tunicam in brutis, quæ quasi lacte coagulato imbuta vestigium sui non facile oblitatur; siue ob natuum glandularum candorem, & contentum humorem Lacteum. Interdum tamen difficiliter discernitur ob pinguedinem adiacentem in obesis, & chylum aquosiorem. Notauimus quoque in homine altero, alteram glandulam candidam fuisse, alteram obscurioris coloris instar carnis, vitio quodam quantum ex corpore minus sano colligere potuimus, contracti.

Connexio. Postica parte adharet vertebris lumbaribus; Antica Mesenterio per ramulos Lacteos, qui chylum ad hanc cisternam deruant. Eos videbis, si reclinato Mesenterio cum *p. 27.* intestinis ad sinistrum latus, intuearis diligenter. An autem penetrant in cavitatem eius, siue substantiam, quanquam oculis discernere nequeamus, dubitari non debet, quia chylum admittit,

B iii

33 *Thomæ Bartholini*

quemadmodum nec manifesta sunt ostia Lactealium in Mesenterio. In his truncis Lactealium iuxta Receptaculum notat in Explicatione fig. I. *Pecquetus*, ampliore tunicam valuulas indicare, quæ refluxum chylum inhibeant. *Ad latera* glandulis seu capsulis attabiliatis, & renibus apponitur, sive immediate, ut in canibus nonnullis, ita tamen, ut cultro separari facilè possit, sive mediata per ramulos Lacteos. Manifestius id in homine obseruauimus. Spargebant glandulæ Lacteæ nouæ ramulos ad Pancreatis partem duodeno subiectam, emulgentem venam sinistram transcendentem, alios quoque ad arteriam emulgentem dextram. Quin imò inueniuntur glandulæ ramulos Lacteos mittebant, superior totunda ad inferiores, hæ rursus & sibi communicatos ductus largiebantur & vicinis locis, quemadmodum sequenti figura expressimus.

¶. 28. Mīrum obseruauimus in cane quodam satis magno & sano septima post pastum hora, aperto, ductus Lacteis simillimos, sed modo lacte, modo sero pellueidos, à Mesenterio sive Receptaculo novo serpere, partim sursum ad Hepar cum Porta, modò ad renes per emulgentes, modò inferiora versus secundum causæ descendentes ad Ilia tractum, cui internebantur & media membranula iungebantur, donec vesicæ alveus conspectum intercepit vltiorerem, qui vinculo leui intercepti, inferiora versus tumebant; versus Mesenterium verò inaniebantur, vt suspicio nobis stupentibus nata sit, peculiare hoc esse vasorum genus sero destinatum, de quo iudicium in alias Observations distulimus. Perscripsit ad me Leidæ

Jo. van Horne duostarum Lacteos ramos versus diuariationem Aortæ prope curulares sparsos à se obseruatos. *Superius* autem prope Diaphragma ex Receptaculo seu glandulis Lacteis prouident rami Lactei Thoracici, de quibus postea sumus acturi.

CAPVT VIII.

P. 33.

Vsus glandularum nouarum.

Cæterum quia stulta est gloria, nisi utile est quod facimus, maximos noui Receptaculi seu glandularum Lactearum *Vsus* depromam, quantum inuisæ rei nouitas permiserit.

I. Aut̄us homo numero partium hæc tenus imperfectus, vel nobis non ad vnguem perspectus. Perfectior Anatome reddita, & functiones clariūs eluent.

II. Pressior *Vsus* glandularum Lactearum est, vt ex Lacteis Mesenterij Venis chylum excipiatur aliquem, eundem nonnihil præparent beneficio calidorum vasorum vicinorum, arteriæ venæque, & breuiter præparatum ad Thoracicas, aliasque partes protrudant. Contineri ibi chylum sensus docet, illumque recipere ex Lacteis Mesentericis, pressione illarum innotescit, sorsum denique promouere, ramificatio Lactearum exinde prodeuntium facit fidem, imò compreso Mesenterio & vulneratis Lacteis in Tho-
race vel ligatis, vel digito adactis, chylus illuc vel prodit, vel in tumorem tollit vicinum Me-

P. 34.
B iiiij

24. *Thome Bartholini*
fenerio locum. Ad hæc in Lactei liquoris defec-
tū, talis humiditas serosa in illis reperitur, qua-
lis in glandulis conspicitur.

III. Serum à chylo in leui illa præparatione
& expulsione conatu separatum in adiacentes
vel *renes* exprimunt, vel *Emulgentes arterias*
quibus ramos mittunt, vel *capsulas atrabilarias*
sero melancholico destinatas, vel denique per
Peritonei duplicaturam, in qua morantur.

CAP V T IX.

Plurima inuenti novi commoda.

Hincque ratio multorum affectuum in cor-
pore humano reddi facilis potest, quos ha-
ctenus vel ignorantie coacti sumus, vel longè per
ambages repetere.

I. Manifestum iam est & certa breuissimaque
via inuenta est, qua potatores, qui cum Promacho
¶ 35. congios vini vel quatuor hauriunt, vel cum Bo-
naso, qui bibit quantum hominum nemo, non ve-
niuant nati sunt, sed ut bibant, citissimè & co-
piosè meiant. Longior enim vulgata via per He-
par, Cor, Arterias, Emulgentes, Renes, Vrteres,
Vesicam, & quanquam in breuiori inuenienda
desudent *Aquapendens* per Hepar ex ventriculi
venis gastricis, & *Pisò Conringiusque* per Lienem;
tamen ille inuentâ circulatione fine suo excidit,
hi verò vias conceptas ex ingenio, monstrare
non possunt ad sensum.

II. In Diabete legitima potus talis per ves-

eam redditur, qualis fuit assumptus, idque breui interpositâ morâ. Docet id *Galenus* passim, *Trallianus*, *Aetius*, aliquique; & testatur experientia. *Amatus Lusitanus* Cent. 2. Cur. 94. Romani cuiusdam meminit, qui vini meracioris potui indulgens in diabeten lapsus est, & quidquid bibisset, statim & quale sumpsisset, per vrinam reddiderit. *Saxonia* parte 2. Pral. Pract. c. 34. vidit Nobilem Venetum, qui in prandio per p. 36. aliquot annos biberat triginta quatuor phialas vini, citò tamen omnia excreuerit. *Trincavellius* l. 10. Prax. c. 11. quandam scribit febre maligna laborantem, cum nihil biberet, nisi aquam gelidam, in Diabeten incidisse, ut potus omnino immutatus redderetur, seruans eundem colorem, consistentiam, saporem atque odorem. *Zacutus Lusitanus*, lib. 2. Prax. Adm. Obs. 71. narrat de quodam meracioris vini potui nimium indulgentem, paruo tempore plures ingentesque calices exsiccasse, sed quidquid bibisset, illico odore, sapore, colore inalteratum minxisse, &c, quod omnem fidem superat, intra horæ spatium, 20. libras aquæ ebibentem, eundem potum qualem hauserat, limpidissimum per vrinam excreuisse. *Salmuth* Cent. 2. Obs. 95. virum nouit qui vino Neustadiano se crebrius ingurgitans, illud per vrinam crudum planè in substantia, colore & odore (sed gustare se noluisse) rejiceret. Patauij mihi referebat *Benedictus Sylvaticus* summus Practicus, vidisse se mecentem vinum rubrum eo p. 37. colore & odore, quo hauserat. Externa nolo exempla, quia in me ipso nuper sum expertus in calculosis insultibus, qui me per vires carnificis

26

Thome Bartholini

instar (ut cum *Era/mo* conquerat) torquent, possum exigua mensura vinum Rhenanum, tanquam diureticum, breui post clarissimum in matula prodidisse, colore & substantia per simile, taleque per aliquot dies immutatum mansisse. Laborent quantum velint Practici in renum intermetie, viarum laxitate, attractricis *vel re*entricis imbecillitate, numquam tamen se expedient, nisi breues has vias habuerint perspectas, per quas sine substantia mutatione aut fanguinis miscella, cito meatu transeunt assumpta.

III. Iam demum assequimur, unde in quibusdam lac seu chylus cum urina sit redditus. Vedit *Nicolaus Florentinus*, Serm. 5. tr. 10. c. 21. in castro Itri iuuenem trigenarium, qui omni die meiebat urinam multam, in qua residebat sicut lac coagulatum album ad quantitatem me-
p. 38. dii urinalis, praeter substantiam urinoe, quae illi supereminet. *Schenckius* refert animaduersum fuisse à Petro Speratio, Polonum quendam exulceratione (ut putabant) renum laborantem in Nosocomio S. S. subinde urinam Lactis instat albam & crassam reddidisse, saepius à se visam. Ne verò hanc Lacteam materiam de pure interpreteris, prodeat *Felix Platerus*, qui lib. 3. Obs. p. m. 835. in se ipso expertus est longo tempore sine novâ vllâ aut incommodo urinam Lacteam, quae quieteens nonnihil materiam albam lactis crassioris instat in fundo, cochlearis vnius vel duorum mensurâ deponebit. Dicit uxore D. Du Bouilabé, quae cum urinis quid meiebat, lacteum, & referens albore, æqualitate & leuitate verum pus sine Nephritidis suspitione, contra senio-

de Lacteis Thorasicis. 27

rum Medicorum decretum statuit *Ballonius*, lib. 2. Consil. Med. 39. forte latentem subesse Mesenterij abscessum, vrinæ Lactæ causam, quod à mente nostra paruo distat interuallo. Alia quæ de vrina alba producuntur ab *Actuario* l. 1. Præv. Vrin. cap. 2. & *Theophilo*, quanquam ad rem nostram trahi possent, dato studio præteruehor.

IV. Promptum nobis videre, cur nephriticos exhibita remedia lithontriptica statim subin-^{P. 39.} de subleuent, vel quo modo Venerem stimulantia, legumina, &c. breui mora, & sine impedimento viarum ad arterias emulgentes deueniant & spermaticas, quia in consueto & hactenus recepto itinere longiore, virtus aliquin remediorum facilè hebesceret.

V. Nec amplius dubitamus, cur hausta Diuretica in vrinis odorem & colorem imprimant, ut de Terebinthinâ, Cassiâ, Junipero, aliisque no-
rum. In quam rem elegans extat apud *Actua-*
rium lib. 1. de Iud. Vrin. cap. 20. historia serui
eiusdem, qui sumpto, heri iussu, trochisco ama-
ro oxymelle mixto, quem morosus æger & deli-
catulus auersabatur, in itinere nigrum meiebat
metu mortis, nisi medicamenti hausti memoria
recurrisset.

VI. Quomodo, & qua via expedita, cum ci-^{P. 40.}
bis deglutita multa, simul per vrinas sint reddita,
nemo est qui non diuinare possit. Virginis Vene-
tæ historia apud *Alexandrum Benedictum*,
Schenkium l. 3. Obs. 9. *Sanctorium* l. 14. Meth.
Vit. Err. c. 11. *Parœum*, l. 24. c. 19. aliosque ex-
tat consignata, quæ acum crinalēm quatuor di-

28 *Thomae Bartholini*

gitos longam deglutuerat, eandemque citram
nam post biennium ex vesica calculosa materiam
inuolutam cum vrina reddidit. Torquent se in
viis indagandis *Claudinus*, in Resp. Med. 40.
Langius in Epist. pag. 745. *Sanctorius* l. d. sed
quascunque elegerint, & longæ erunt & à yulne-
re nunquam immunes. Nostra autem perbreuis,
nec ita periculosa. Idem de aliis esto iudicium.
Nihil mictione pilorum tritus, periodicam ob-
seruauit *Tulpus* l. 2. Obs. c. 52. in filio Consulis
Hornani, cui quolibet XIV. die mictus pilorum
æquantum digitum integrum per 4. dies super-
uenit cum insigni vrinæ difficultate. Eius magni-
tudinis & vidit *Nic. Florentinus*. Fasciculos
pilorum ex vesica excretos feminæ, habuit

P. 41. Schenkus. Pilos palmi longitudine crassos &
duros instar setarum porci excretos vidit *Zacu-*
tus l. 2. Prax. Adm. Obs. 63. Disputat quidem
Hildanus in Obs. ad *Horstium*, omnes fieri ex
humoribus, sed irrito de singulis conatu, quum
veri pili & cum cibis assumti ab assatis humoribus
facilè discernantur. Miraculo vicipa viden-
tur, nisi nostræ viæ nuper repertæ ad partes vo-
centur, quæ passim apud alios leguntur per vrinam
rejecta, nempe apij radices, teste *Julio Alexan-*
dino, fungi apud *Nic. Florentinum*, mul-
cæ, referente *Zacuto* l. 2. Prax. adm. Obs. 101.
Semen anisi post pastum sumptum, & carbones,
& grana alkkekengi, notante *Hildano* in Obs.
Paleæ hordeaceæ, apud *Plutarchum* l. 8. Symp.
prob. 9. & olus integrum in cœna à virgine Am-
stelodamensi comedum, quod nuper ibidem *Io.*
van Horne Anatomi, Lüdensis obseruauit.

VII. Patet præterea nobis iam oculatioribus, cur hydrops interdum hausto statim distendat ventrem, quod in amico meo intimo non ita pridem obseruaui, nempe ob Peritonæi tunicam, cui glandulæ Lacteæ immersæ latent, impletam. Nec difficile explicatu est, quomodo per Diuretica Hydrops sæpe terminetur, perque urinas soluatur.

VIII. Denique vnde atrophia partium, præterim Thoracicarum, quæ ex glandulis Lacteis chylum sanguinum, premitur subinde Receptaculum Lacteum & ~~sæpe~~ chyli remoratur, obstruitur, & inflammations aliosque tumores patitur. Vidimus id in cadavere humano, in quo ad atrophiam omnia, excepto Hepate sano, vertebant, flaccidis pulmonibus & marmotis instar variegatis, bubonibus in inguine, gangrenâ in pede & aliis pessimi habitus indicis. Sana erat altera glandula Lactea, rubra altera, quasi inflammatæ & phlegmonodes. Vnde Hepar quidem sanum & multæ Mesaricæ Lacteæ, at Thoracicæ Lacteæ non ita plenæ aut tumentes chylo. Plura de inuenti noui utilitatibus in aliam differto occasionem, vt ex immensa segere stipulam relinquam.

CAPVT X.

Lacteos ramos ad Vterum quoque derisari.

p. 43.

Distributionem ramorum Lacteorum ex glandulis hisce nouis Lacteis in abdomine,

39 supra petteximus. An autem ad uterum quoque deriuentur, in prægnantibus fieri debet experientum. Dubitare non ausim, quia Hippocrates l. de Natura pueri, lac in uterum confluere monuit, nempe succum alimentorum candidum, (qui exprimitur quoque ad mammas,) ad embryonis nutritionem, eumque attrahi in utero per os embryonis. Sententiam Magni Coci, hactenus derelictam, nuper defendendam suscepit Guil. Harueius de Gen. Anim. Exerc. §7. Quia 1. in ore pulli in ovo aqua reperitur. 2. In ventriculis ex ingluwie, & intestinis primis similiis materia, & instat lactis coagulati visitur. 3. Excrementitia in crassioribus intestinis in utero ad sunt. Meconium vocant Anatomici, quod in nuper natis quotidie obseruamus. 4. Prope anum

2.44. stercore in pullis circa XVII. diem, eademque ante partum in secundinas egesta sunt. 5. Bile & urinâ utraque vesica scaret. 6. Infans in uteri cervice hærens, & nuper natus vehementer ad mōro digito sugit, & ægrè sugendi consuetudinem adultior dedit. Vero simile igitur diu assuetum hoc modo nutriti. 7. Addo, obseruasse Cartesium, vitulum necdum exclusum gramen in collo digitii longitudine habuisse. 8. Adhuc vagitus, subinde auditur uterinus, qui ore elatio difficilius editur. Talem in nondum natis annotaverunt Libanius, Albertus Magnus, Linnaeus l. 24. Weinrichius de Monstr. c. 26. Fincelius, Caenius l. 3. Hier. §. 2. Sennertus lib. 4. Prax. part. 2. Sect. 3. c. 8. Cl. Salmasius in Resp. ad Beuerouciūm, Huitfeldius noster in Hist. Christiani secundi Regis, & nos bina huius in patria nuper

habuimus exempla. Sed urgentiora huius distributionis indicia subministrat lac seu chylus ex utero profluens. *Laurentius* lib. 2. Anat. quæst. 10. testatur se vidisse quamplurimas puerperas per uterum & vesicam maximam lactis copiam excreuisse. Quod ille ad consensum uteri cum mammis refert, ego facilius ad communes hædæctus Lacteos, siquidem memini me quoque in mulieribus grauidis instantे partu lacti simillimam materiam, substantia, colore, consistentia ex utero fluentem obseruasse, & id imminentis patru certum habent indicium obstetrices. *Zacutus* lib. 2. Prax. Adm. Obs. 143. notat in feminâ molam gestante, 20. diebus per uterum velut per perennem fontem, tanquam aquæ sero lactis simillimæ copiæ emanasse, ut iudicio eius quoto die, quinque aut sex libras profluerent, sine dolore, ardore, pruritu aut acredine illa. Non raro quoque medicamenta assumpta ad uterum illæsa perueniunt breuissimo hoc tractu. De croco *Jo. Hearniss* l. 2. Meth. ad Prax. cap. 14. quod raptim uterum petat, adeo ut cum quædam excludere fœtum non posset, dato, croco, prodierit fœtus croco tinctus. *Henricus ab Heer* Obs. Spad. 14. refert, se uxori gregatij militis in difficiili partu crocum cum aliis exhibuisse, & dimidio quadrante citius puerum enix im esse crocco colore tintatum, ut aliquot post menses color non evanuerit.

P. 45.

CAPVT XI.

Lactearum ad Thoratem propagines.

Lacteatum per abdomen dispersiones strictim videmus. Ulterius iam in Thorace sunt persequendæ. *Astellus* quidem venarum Lactearum auctor primus Cap. XIX. nusquam illas extra abdomen admittit, quemadmodum nec ipsas quæ à Porta proficiscuntur, alibi inueniri. Quod cum illo haec tenus credidimus. Sed idem *Pecquetus* sua obseruatione aliud nos docuit, & ipsi obseruauimus hoc ordinè.

A superna Receptaculi parte statim sub Diaphragmate prodeunt in canibus nonnullis duo rami tumidiusculi, sèpius in quibusdam vnicus tantum crassiorque, quemadmodum & in oubus, spinæ mediae incubentes. In homine totidem rami Lactei exsurgunt, quot glandulæ nouæ, qui per medianam spinam Diaphragma penetrant, & circa primam lumborum vertebram duo iunguntur, mutua insertione, circa duodecimam dorsi alius ramus ex secunda glandula emergens paulo supra priorum insertionem intrat, prope vndeclinam verò dorsi vertebram tertius visitur à tertia glandula ortus, exinde solitarius ramus per dorsi medium ad Aortæ & Venæ azygos latus inter virumque sub œsophago, cui, ut illi firmiter membranulis suis necritur, ascendet. Vel si distributionem à supernis partibus placeat ordiri, circa vndeclinam dorsi vertebram solitarius

Solitarius ductus Lacteus diuiditur in duos ramos, quorum sinistru ad sinistrum recta descendit ad glandulas Lacteas, dexter infra ad duodecimam vertebram in totidem ramos iterum distribuitur, quoru dexter pari paecto in vertebra lumbari prima bifurciam fecatur, vniusque ramulus ad elatiorem glandulam rotundam descendit, alter ad oblongiores. In canibus nonnullis, duo, ut diximus, à Receptaculo prodeunt rami candidi, quorum sinistru supra Diaphragma *ampullam* vocat *Pecquetus*, tumidiorem dextro, dextrum vero *alveum* nuncupat in expl. fig. 1. quanquam p. 14. vtrumque *ampullascentem alveum* appellat sinistrorum vergentem. Ambo in spina dorsi recumbentes, quando ad sunt, regionem Diaphragmatis permeant, & sensim angustati sursum vergunt, distincto tramite ad vertebram vndeclimam, vbi transuerso ramo inuicem iunguntur, qualis nexus quoque ad vertebram dorsi decimam occurrit, sive ad robur, sive humoris commercium. Fluctuantis modo ita bifidi incedunt ad vertebram septimam, sextam & quintam, vbi tres huiusmodi rami transuersi iterum visuntur, parallelas lineas inter se copulantes, donec ad vertebram quartam peruererint, vbi paulatim à spina media declinare incipiunt, prius tamen iunguntur & mutuis osculis coēunt. Ita quidem in omnibus depingit & describit canibus *Pecquetus*, quod & nos in cane vidimus, sed si prius p. 49. vnicus ramus à Diaphragmate occurrit sine scissis incilibus recti sursum repente, iuxta Diaphragma tamen tumidiior & amplior, ut crédam naturam in singulis variare, nec certam huius

C

Thomae Bartholini

34 distributionis rationem determinari posse.

Sunt toto hoc itinere *candentes* ob succum Lacteum contentum, quem digito sursum adigimus, vel ex aperitis exprimimus sua sponte quoque prouentem. Subinde tamen instar hyatum pellucent seroso humore turgentem. Interdum chylo absente apparent quidem, sed difficiliter separantur. Fistula autem indita facile discernuntur. Ligati intumescunt inferiora versus, & si digito adigas, non reduces humorem contentum; imò si inferiora lèdas, subsister liquor Lacteus inter valuulas superiores. *Valuulas* enim habent depictas à *Pecqueto* fig. 1. impedientes chyli descensum, humoris consistentia & ligaturā potius deforis conspicuas, quam oculis; quippe in aperitis difficilius patent ob vasorum subtilitatem. Eas valuulas videamus quoque indita fistula,

p. 50. quæ spiritum seu flatum non potest deorsum pellere. *Tenuis* valde Lactearum harum substantia, vt, nisi summâ adhibitâ cautione, facilimè lèdantur, & euacuato liquore, dispareant, vel ægrè noscantur. *Exiles* sunt in Thorace, versus Diaphragma crassiores, vbi apparent glandularum specie, interdum vel digitum crassæ. *Connectantur* inferius, vt dictum Receptaculo vel glandulis Lacteis, postica parte spinæ dorsi, antica cœsophago, ad quem & ramulos mittunt, ad latera venæ sine pari & Aorta arteriæ arctius per membranulas plevræ nectuntur, nullum tamen ramum ad illam mittit, nec debuit, quia chylus per arterias ad partes nutriendas deferri non debet, quæ solo sanguine arterioso nutriuntur. Aliæ autem in venis ratio. Nam obseruauit Cl.

Conringius, ad hanc obseruationem à me invitatus, ramulos varios in Cauam venam sparsos, & data ad me Epistola testatur, *superius claviculis*, ut post dicetur.

CAPVT XII.

*Lactearum Thoracicarum in axillarem
sinistram insertio.*

Insertio iam Thoracicarum Lactearum inqui-^{p. 51}
tenda. A tercia dorsi vertebra, vel quinta,
vbi recedunt à spina dorsi, per cuius medium to-
to hoc itinere serpeant, paulatim ad sinistram
deflectunt, & sursum sub oesophago, Aorta-
que serpent, & sub arteria subclavia & thy-
mi glandulis ad claviculam sinistram proce-
dunt. Diuersus hic est *Pecquetus*, qui à tercia
dorsi spina, in duos ramos diffundi scribit pin-
gitque, quorum sinister ad claviculam sinistram
tendat, dexter ad dextram. Sed inuento vero pi-
ctor aliquid addidisse videtur vel inuentoris con-
jectura. Nam vero utinque diffundi obseruare
non possumus, siue in brutis, siue homine, nisi
aliter in Gallia, aliter in Dania ludat Natura; Sed
semper tantum à tercia vertebra sinistrosum de-
flectere, sicut in humana figura exprimi curaui-
mus. Folle in inferioribus indito nullum à dex-
tris vestigium vasis comparuit, nec quidquam ^{p. 52}
huic simile visus potuit explorare. Neque aliter
fieri posse existimo, quod in homine diligenter,
pluribus etiam oculis inuestigatur, deprehen-
di, quia ad spinæ dorsi ortum iuxta ingulum in

Cij

36 *Thomae Bartholini*

dextris statim axillaris Vena à Caua oritur cotidis basi vicina; in sinistris verò longior est pretensio, ut videatur Natura huic insertioni communem locum designasse. Vir inque quidem ligatum hoc vas per multos dies seruatum à se visumque refert Vir profundæ eruditionis *Adrianus Auzotius*, quemadmodum fratri meo *Erasmo Bartolino*, antea laudato, confessus est. Sed fide mea apud magnum Auzotium omnique exciderim si dextram insertionem in vlo cœdauere obseruauerim. Ludit sàpe Natura, & in unico subiecto illi forsitan reuelauit, quod nobis infinita denegarunt.

Solitarius igitur ramus sinister sub œsophago, thymo, & arteria Thoracica, & clavicula sinistra, ad axillarem venam sinistrâ tendit, idque interdù p. 53. simplici ramo, interdum triplici, non unquam numerosiori diuisione per exigua foramina vel unicum si unica sit insertio, statim ubi externa iugularis Vena in axillarem se infundit. Obseruavi & statim sub internâ iugularis progressu ingressum, incumberetque glandulis exiguis in musculorum colli intercapendine. Vbi unica tantum est insertio simplicis rami, obseruauimus in homine & canibus foramen esse oblongius, & valuulam mitralem tenerimæ texture in axillaris cavitate foramini suprapositam, quæ inhibet regressum chyli sanguinisque ad inferiora, & adscensum eiusdem ad artus, quia cor tantum respicit, & postica parte obuetit axillari.

Non obseruatæ sunt Lactæ & vterius siue ad caput tendere, quia in iugulari obstat valuula, siue ad artus, tam propter valuulas Venarum brachij,

quam perpetuum sanguinis decursum, vnde nec ullus chylus ad illas partes ferri pressione innovit. Singulare est quod in cane quodam septimâ post pastum horâ dissecto vidimus, ad pedes anteriores serosa quædam vasa, quemadmodum in abdomen, venas pedis comitari, utrinque pellucida instar illorum quæ in Thorace & Abdomine alias obseruavimus, quorum neque ingressum, neque egressum potuimus tum distinguere, sed vinculo intercepta tumebant versus ipsos artus,

P. 54.

CAPVT XIII.

Lactearum Thoracicarum Vses.

VSUS Lactearum Thoracicarum idem, qui Mesaraicarum, si terminum à quo & ad quem distinxeris. Nempe nouæ chylum vehunt ex glandulis Lacteis nouis seu Receptaculo Mesenterij, ad subclauias. Mesaraice vero Lactea ab intestinis deferunt chylum, siue ad Hepar, siue Receptaculum. Chylum vehere patet, quia continent chylum manifestè in dissectis diffluentem, & ligatura testatur. Eundem subclaviis venis infundi insertio docet, quò etiam extillat liquor Lacteus, flatusque perrumpit, si vinculum laxes, ut quandoque surculi Venæ Cavae exinde liueant, & Thoracis cavitatis candore iniciatur. Alias vi-

P. 55.

sum nonnunquam lac ex venis brachij sectis prodidisse. Sæpius in sanguine per Venæ sectionem exhausto, alioquin bono, vidi serum lactis instar. Puella Hafniensi suppressione mensium labo-

C iij

stanti paucis abhinc annis suasi saphænæ sectio-
nem consueto menstruorum tempore, interme-
dio verò cubiti. Posterius consilium antequam
exsequeretur puella, lac, solitas delicias hausit.
Vnde loco feti in sanguine lac conspiciebam,
quod quidem pro putrido sanguine interpretabat
primum, mox sententiam mutauit, quum nihil
grauius experta puella optimè conualuerit. Nam
Laetus color sanguini admixtus puri simillimus,
calidi natuvi extinctionem signat, morteque præ-
sentem minatur, ut, præter alios, annotat *Fr. Joel*
I. 4. Prax. Sect. 5. & recte monet *Actuarius I. 1.*
de Caus. Vr. c. 15. ratione compertum esse, san-
guinem ad album colorem vergete, quum de co-
lore suo transmutatur legibus Naturæ alteratus,
atque transuersus, quod ex lacte, secundum *Ga-
leni* doctrinam, & semine confirmatur. Ita in ca-

p. 56. cochymicis & scorbuticis non semel in misso
sanguine serum Laetum vidi, & à se quoque vi-
sum persépe in hac vrbe narravit Vir summus
Olaus Worm, pattiæ nostræ & orbis ornamen-
tum. Mirum est, & pro fabula vel miraculo ha-
cenus à multis aestimatum, quod Annales qui-
dam Ecclesiastici referunt, ex *S. Pauli* sub Ne-
ronis dominatu decollati collo lactis vndam
profluxisse. Narratio auctores habet quamplu-
rimos, præcipue verò *Acta Sanctorum Nerei*
& Achillei, *S. Ambrosum* Serm. 68. *Io. Chry-
stomum*, quorum verba affert *Baronius* ad
Ann. Chr. 69, §. 11. approbatque. Si vera est hi-
storia, inuentis Laetis Thoracicis facilè viam
modumque inueniemus. Axillares rami, seu po-
gius insertio Lactearum in axillares ampliata fuit,

& solito maioribus ostiolis hiabat. Alij non lac sincerum, sed fontes tres aquarum concedunt manasse dulcium, qui adhuc inter Ostiensem Addeatinamque viam conspiciuntur, & nomen dedere & Ecclesiae & Monasterio, de quibus videnti Blondus l. 3. Inst. Rom. Onuphrius Paninius de Basil. Roman. Schottus part. 2. Itin. Ital. alii. p. 57. que. Addunt verò narrationis auctores nonnulli, abscissum quoque caput ter Iesu nomen inclamasse, siquidem aqua fluxit. Sciendum & ex axillaribus per Lacteas Thoraciccas serum subinde à nobis prodire, visum, quo & abdominis Vasa & Thoracis, alias Lactea, turgebant: Virum autem sanctum longa captiuitate, & plurimis iteribus & perpetuis malis debilitatum, serosi sanguinis & chyli prouentum cumulasse. Quod si & caput abscissum nomen Iesu inclamauit, eadem hic ratio fuit quæ in illo homine apud Fr. Verulamium, Hist. Vit. & Mort. Art. 15. Sect. 32. qui eo supplicij genere apud Anglos versus proditores recepto eiusceratus, postquam Cor auulum penitus esset & in carnificis manu, tria aut quatuor verba precum auditus est proferre.

Ex Receptaculo seu glandulis Lacteis nouis Mesenterij prodire chylum in Thoracicis Venis contentum variis indicis demonstrati potest. Nam 1. non à superioribus derivatur, quippe stricto & compresso collo, & artibus nihil praeter sanguinem prodit. 2. Si comprimamus abdomen, turgere Vasa Thoracis videmus, & ad subclavias deduci liquorem. Quod etiam apparet, si diffindamus vasa, ab inferioribus serpere sursum. 3. Valuulae sursum spectantes eiusdem cursus

Ciiij

40

Thomae Bartholini

viam nobis monstrant. 4. Quin iniesto paulo
infra claviculas vel in medio Thoracis, vinculo,
à ligatura sursum flaccescunt, versus inferiora tu-
ment. 5. Denique qualis chylus est in glandulis
seu Receptaculo, talis quoque in Laetis Thora-
cis conspicitur, siue candidus, siue serosus, & vi-
dimus alternare has vices, subitoque expulso chy-
lo, intumuisse Thoracicas sero in glandulis antea
contento.

Ex subclaviis autem quorsum abeat chylus, si
queras; certum habebis responsum, non caput,
aut artus petere ob rationes supra allatas, sed ad
Cor cum decurrente per circulationem sanguine
deduci, ut in cruentem transmutetur, quemad-
modum ex parte voluit *Aristoteles*. Varia id ex-
perimenta docuerunt inventorem primum *Pec-
quetum*, cap. 2. signata. 1. Resecti viui canis
corde & adhærentibus, abstergo cruento, albicans
liquor intra Venæ Cauæ fistulam, circa dextri
ventriculi sedem, effluebat. 2. Venam Cauam à
Diaphragmate ad iugulum aperuit, ubi apparuit
liquor hic fluens, expurgatus à sanguinis mixtu-
ra. 3. A ramis usque subclaviis ad pericardium
intra venam subsidebat candidus liquor, planè
similis Lacteo in Mesentetio. 4. Aliud experi-
mentum nos Hafniæ sepius fecimus folle & fi-
stula excavata, quam leui foramine facto, in La-
etam Thoracicam infra claviculas inseruimus,
spiritumque & aquam sufflatu immisimus. In tu-
morem dictum factum attollebantur non hæc
tantum vasa axillarem versus, sed & axillaris pars
prope Cor, mox auricula dextra, & ipse Cordis
ventriculus dexter, tum ipsi pulmones per tumi-

dam flatu & aqua venam arteriosam. Quicunque huius rei periculum est facturus, me sponsore, spe nunquam exiderit, nisi tenuis valde Thoracicarum typica lœsa & collapsa foramen factum p. 60. oblitteret,

CAPVT XIV.

Earundem in Praxi Medica Utilitates.

EX Vsu primo Lacteatum varia in Praxi phænomena explicabo, de quibus inuentor primus vel non cogitauit, vel neglexit, quæque ha-
ctenus Medicos ambiguos suspenderunt.

I. Vim restauratiuam cum medicamentis, ali-
mentis, cordialibus Lactea Thoracicæ recipiunt
vel ex ventriculo per glandulas Lacteas, vel œso-
phago, statimque ad Cor deferunt. Hinc citissi-
mè adeo cordalia, vini potus, acetum & alia
huius census vites reficiunt, & subinde inter
sumptum cibum sedatur fames, roburque Natu-
ra accedit, ob ramum Lacteum œsophago con-
terminum, & Lactearum reliquatum ad Cor bre-
uem commeatum. Ad hæc potiones vulneratæ
vel pectorales mora breuissima & tutissima via
peruadunt ad Cor & pulmones, quum per lon-
gas venarum ambages non ita sarta recta perfe-
rantur. Deleteria quoque & venena eadem cele-
ritate ad cor eunt, eius iuxgætæ destruunt, &
spiritus inficiunt.

*Herm. Conringius Professor Helmstadiensis
celeberrimus, sententiam de novo hoc vsu à me*

42

Thome Bartholini,

per literas rogatus, multum dubitat. Primo enim ex quæ expeditam & breuem viam videti in cor ex Hepate aut Vena Caua abdominalis ; & omnino ante illam connexionem ramulos spargi in Cauam qua parte Cordi est propinquior. Secundo in illâ Thoracicâ Lacteâ nihil reperi nisi aliquot à pastu hotis : ut proinde chylus ex cibo crassiore confectus videatur per hunc meatum deduci, qui non sit adeo facilis & idoneus ad restaurandas corporis vires. Tertiò, vires corporis sitas potius in illo animali igne, quem pinguissimis sanguinis partibus ali fortassis haud vanis argumentis probauit Vir idem summus, libro de *Animali igne.*

p. 62.

Certè, ut amicè magno Amico respondeam, per ramulos Lacteos Cauæ insertos ab ipso primum obseruatos, eadem breuitate deferri chylum & refici vires, planè est manifestum. Cæterum dispar omnino in Caua per Hepar vergente est ratio, nec ita breuis aut tuta via, per Hepatis enim parenchyma & dispersa venulas motâ trahit, & virtus cordialium vel imminuitur vel ad plures dispergitur. Caua autem abdominalis nihil à Lacteis, vel peregrinum fugit, circa arteriosum sanguinem reuertentem fere occupata. In Thoracicâ Lacteâ statim à pastu subtilioris cibi chylum reperi certum est ; sin deficiat interdum, subito transeupti ad Cor imputabimus. Id quoque visus sum mihi in cadavere humano sano nuper videre. Bene aliquot horis ante strangulationem fuerat pastum, & circa tempus execrationis iusto liberalius vinum propinatum. At in aperto cadavere neque Lacteæ venæ usquam conspicuæ, neque Thoracice chylo ullo scate-

bant, & tamen Cor petuisse vinum certum est, ex intrepido animo mortem contemnente, & sero p. 63. bilioso ex mammariis effluente. An crassus vel tenuior chylus hac solum vergat vel yterque, infra dispiciemus. Denique vires animalis ignis pingui sanguine ali, dubium non est, quod eruditè euicit more suo Vir laudatus, & nobis similia in mentem venerunt lib. de *Luce Animalium*; sed res eodem recidit, quia sanguis pinguior à chylo pingueſcit, de cuius viis nunc diſputamus.

II. Variorum affectuum generationem facilem & expeditam nuper inuentæ Lacteæ Thoracice propalant.

1. Consensus ventriculi cum Corde iam est manifestus, haetenus satis controversus, nec ad nervos amplius, obscuras vias, & alia effugia confugiemus, quia patent manifestæ.
2. Syncopalis febris ex humore crudo hinc trahit exortum, quam Galenus 12. Meth. Med. c. 3. ab oris ventriculi deducit offensione.
3. Palpitationes Cordis post eibum copiosam, p. 64. vel à sero copioso ex potibus exinde dependent. De aliis videndus Pijo, ut & de Hydrope Thoracis.
4. Pulsuum mutationes cibo sumpto, qui dignosci à Medico prudente idcirco non debent. Imò pulsus interceptio in *ἀρρενείᾳ*, obstructis his Thoracicis inducitur, vnde sanguis, copiosus alioquin, humore necessario dilui nequit, sed concrescit. Hinc vidit Guido Patinus Medicus Parisiensis summæ eruditionis ingenique, & saluberrimæ Facultatis ibidem Deca-

44

Thome Bartholini

canus meritissimus, Lutetiæ Virum diutius
αρρενία laborantem, in cuius cadauere dis-
 secto, Cordis magna vasa sanguine concreto
 erant repleta. Sæpius id quoque obseruauit in
 subito demortuorum cadasueribus, passim à me
 dissectis. *Panarolus* Pentec. 1. Obs. 31. in fe-
 bre ardentissima mortuo vidit Romæ Cor tor-
 refactum pyri tolli instar, absque vlla pericar-
 dii aqua. Vnde febricitantes & potu indigent,
 & eundem appetunt. Iisdem Lacteis obstructis
 sine dubio animi deliquio occupabuit Robertus de Marca apud *Smetium* l. 10. Miscell. cu-
 ius ventriculi Cordis coagulato sanguine sca-
 tebant. Et passim talia occurruunt exempla.

p. 65.

5. Mors inopinata copioso cibo ingefto, qui qui-
 dem per deuia Hepatis peruadere ea non po-
 tuit celeritate. *Platerus* l. 3. Obs. p. m. 652.
 refert hydropicam quandam euacuata aqua,
 auidè cibum præter modum sumpsisse, vnde
 vomitu & cardialgia superueniente subito sit
 extincta.
6. Gibbositate quacunque, vbi vel ad exteriora
 vt in *χιφωσι*, vel ad interiora vt in *λεφσωσι*,
 vel ad latera, vt in *σκολιωσι*, vertebræ dorsi
 torquentur, deprauantur quoque Lactei Tho-
 racici, & premuntur, vnde corporis atrophia,
 deiecta appetentia, & vomitus. Videnda
 exempla apud *Galenum* variis locis, *Hilda-*
num Cent. 5. Obs. 65. aliosque.

CAPVT XV.

*Non omnem chylum per Thoracicos Lacteas
ad Cor ferri, sed aliquem ad Hepar
per Lacteas Mesenterij.*

Adua restat controuersia, an omnis chylus ^{p. 66.} per nouos ductus Thoracicos ad Cor tendat. Ita quidem credit Pecquetus, &c cum eo tres illi Virti Doctissimi, Montellus, Mercennus, & Auzotius, quorum elegantibus literis Dissertatio Pecquettiana exornatur, quia Venas Lacteas inuenient nullas ad Hepar vergentes, adeoque deceptos hactenus omnes qui hepaticum Galen^s sanguificationis opus concederunt, quum Aristotle potius verus sit, Cor solum sanguificare.

Sed illi cum aliis Anatomicis & nobisipsis sunt conciliandi, si fieri vlo modo potest, ne Hepati, rot seculis opere sanguificationis gloriōse defuncto, planē eamus exequias. Meo iudicio inuenta noua ambabus vlnis sunt excipienda, sed quantum veritas & natura permisit, antiqua placita, sine prægnanti ratione nunquam sunt ^{p. 67.} damnanda.

Si aliquid placata coniectura assessor, existimo operas inter se partiri Hepar & Cor, vt vel promiscuos humores alimentarios admittat uterque vel diuisio munere, hoc tenuem, illud crassum. Quicquid veritati naturæque magis videbitur consonum, quiuis eligat, quia certum est

folias Thoracicas pares non esse omni chylo vēhendo. Mihi suspiciones non leues videntur persuadere, Hepar chyli partem quā tardius in ventriculo concoquitur, & diuturniori coctione ad sanguinem indiget, ad se vel trahere vel admittere pulsam: Cor verò per Pecquetianas venas & subtiliorem & tenuiorem chylum ante totius in ventriculo perfectionem sorbere, vt citia mutatione ad sui corporisque restorationem transformer. Sunt tamen quā testentur ab utroque viscere & tenuem chylum & crassiorem siue simul siue successiū & pervices, siue sponte sua, siue urgente necessitate absorberi. Primo videamus, ex hac classe Hepar non esse excludendum, quia

I. Venas Lacteas Mesenterij per pancreas seu glandulam maiorem, per Portæ latera in ipsum Hepar inseri ~~avlo~~ plura plurimi obseruarunt, quibus minus deneganda fides quam Pecquiero; Fallopia Obs. 3. de Venis, quanquam Lactearum venarum notitiam seculi vitio non habuerit, inuenit tamen in simâ Hepatis parte meatus quosdam minimos, qui desinunt & terminantur in Pancreas & in glandulas illi proximas; qui succum quendam oleaginosum, album, & ad aliquam amaritudinem tendentem deferunt. Quas ad ductum Virsungianum male detorquet Riolanus.

Postea Asellius primus Lactearum detector, insertionem earundem inuenit ad Hepar, & figuris duabus III. & IV. illustravit, duobus ramiſ distinctam.

Post cum omnes, qui sectionibus operam

suam cultrumque accommodarunt, idem obseruarunt, quorum numerus iniç faciliè non potest. Inter eos Io. *Vvalans* Præceptor olim noster p. 69. meritissimus, in magnis macilentisque canibus animaduertit, Venarum Lactearum quasdam ab intestinis, uno & continuato ductu in ramum Mesentericum, quasdam in ipsam Porta venam, in Cava Hepatis quasdam, paucissimas quandoque in Venam Cauam prope Emulgentes desinere. Quod apud eum vidimus, sepius exinde ipsi experti sumus, & contra *Riolanum* demonstrauit nuper Étuditus Vit. Io. van Horne, amicus veteri necessitudine mihi coniunctissimus Exerc. 2. th. 5.

Nat. Highmorus Anglus, nuperimus scriptor accuratus & in Anatomia animalium bene versatus, vidi, & elegantibus figuris lib. 1. p. 2. c. 7. demonstrauit Lacteas Venas à Pancreate maioriibus paulò surculis per Portæ latera vndique, quam quibuldam in locis annuli instar cingunt, in Iecotis Cauam, non duobus tantum ramis, sed pluribus, imò septenis, etiam post mortem facile monstrandis, subire, indeque illatas in Hepatis parenchyma, ibi quaquaversum diffinari, dum obliterentur. p. 70.

Ipse ego ante annos paucos in Orbe pisce variisque sexus non solum Venas Lacteas inueni sepius, sed verum in Hepate insertionis locum semper controversum, monstrauique pluribus Viris Anatomiæ petitissimis, *Vvormio*, *Sperlingo*, *S. Paulli*, *Fuirenio*, *Pouchio*, &c. qui adhuc de visa rei veritate testari possunt. Is erat tertius Hepatis lobus minor ille & mollior, quem la-

48 *Thomae Bartholini*

& eus candidusque ramus satis magnus ingrediebatur ex glandula haud procul locata, lacteoque humore turgida, ad quam plerique Lacteæ ex Mesenterio & appendicibus ventriculi commebant. Figurâ id illustrauit, quæ extat in *Anatomie mea Reformata*. Veritas ut magis mihi innotesceret, totam hanc hyemem extis canum consulendis insumpsi, variisque post pastum in Theatro nostro apertis, experimentum feci pluribus præsentibus, magnis patuisque, an Lacteæ Hepar subirent, quod antea saepius vidimus, & iam negat *Pecquetus*. Ecce multæ candicantes fibrillæ apparuerunt ad Hepar per Portam vergentes membranis suis immersæ, quemadmodum depingunt *Astellus* & *Higborus*, nonnunquam manifestè tumidæ, in primis seroso liquore per tunicas transparente, aperta verò siue hæ siue illæ effundebant chylum ichorosum non usque adeo candidum, qualis esse solet chyli evanescens, vnde Pecqueto fauens *D. Petrus Bourdeleus*, Vir Eruditissimus, qui semel forte operantibus nobis adfuit, in Sueciam ad Serenissimam

CHRISTINAM Reginam Incomparabilem, & sexus seculique miraculum iturus, & chyli vas & chylum esse pernegabat. Sed quum sanguis non sit, nec Portæ Vena, aliudve vas adhuc cognitum, pro lacteo omnino habendum censui. Color iste chyli evanidus, crudioris pituitæ esse solet, quæ pleniore coctione tamen albet, vel lactis crudioris, quale in mammis primò appetet, & in utero ex quo embryonem nutriti supra diximus; vel denique est seri à chylo separati, quod eosdem ductus sibi vendicat. Vidimus certè in

et in pluribus huiusmodi serosum chylum & in Receptaculo & Laeteis Thoracicis, immo per vi-
ces serum chylo albo succedere in omnibus La-
eteis tam abdominalis quam Thoracis. Vnde ea-
dem erit conditio Lactearum ad Hepar, quae est
Lactearum ad Cor, quum simili per vices liquore
impleantur.

Nemo hactenus insertionem in homine inue-
nit, quanquam de illa dubitarit nemo: Nos ta-
men demonstrauimus candidantes fibrillas simi-
li succo ichoroso, cum Porta Hepatis concavum
repetentes, quae fibillae membranatum esse ne-
queunt, quia 1. cauæ sunt. 2. humorem profun-
dunt. 3. candidiori colore se quam fibræ mem-
branarum manifestius produnt.

II. Hepate affecto in hydrope, scirrho aliisque
morbis, leditur sanguificatio. Ergo aliquid chyli p. 75.
in sano statu assumet concoquendi. Quanquam hy-
dropes increscant non tardissime Hepate, tamen
sapissime Hepar affectum in dissectis apparuit, &
externus hypochondrij dextri tumor testatur. A-
pud *Vivierom*, l. 4. de Præst Dæm. c. 16. in ca-
davere puellæ hydropicæ Monspelij, duo spithæ-
mæ longitudinis vermes inuenti, quorum unus
meatum vesicula bilis duodeno insertum occu-
parat, alter in ipsummet Hepar progressus gib-
bum lecoris inuaserat. In cacochymo adolescen-
te Hepar exsangue & scirrhosum vidit *Hilda-*
nus, in Obs. Chir. & in fabro idem cachectico
apostemata multa exigua. In dissectis Hydropi-
cis inuenit *Zacutus* l. 2. Prax. adm. Obs. 38. 45.
Hepar modò lapidosum, modò loco eius massam
carneam. Et rectè *Car. Pifé de Illuv. Serqla*, p.

D

50 *Thomae Bartholini*

307. monet in demortuorum hydropticorum dissectionibus tumorem aliquem visceris alterius (Hepatis vel Lienis) ferè unam esse, certè frequentissimam Ascitis parentem. Quod & nos non semel vidimus. Militis Angli in India, inflammatione Hepatis primum, mox extrema mācie mortui cadaver telerans *Iac. Bontius*, Obs. 9.

P. 74. loco Hepatis inuenit solum membranam ipsum vestientem, satis crassam, instar sacci. Alia apud alios occurunt, longumque foret omnes observationes ad hanc lineam vocare: In huiusmodi vero hydrope superstitem vitam & sanguinis munia supplet Cor, sed quia solum nequit Hepatis auxilio destitutum, perit homo. Non valet *Pecqueti* transcolatorium Hepatis munus solum quia succederet illud in morbis calidis, qui generantur ex sanguine calido non segregata bile, haud quaquam in frigidis morbis, quales vplurimum sunt aquæ inter cœtem, scirpsi, &c. Quò referenda quoque dissectorum exempla inflammatione Hepatis laborantium apud *Nic. Fontanum*, I. 1. Obs. Med. pag. 90. *Dom. Panaretum*, Pentec. 1. Obs. 37.

III. Impedita Hepatis sanguificatione, siue chyli aliqualis commeatu, quia vniuersus chylus

P. 75. ad Thoracem per nouos ductus irruit, suffocatio sepe oritur, & Orthopnæa. Ita de Ioanne l'Alman, Receptore D. de Quarci, in hospitali D. Antonij, Orthopnæa mense Majo ingulato refert *Pisso* p. 197. in cadavere Hepar scirphosum valde fuisse inuentum unā cum Liene in tabum conuerso. Et tæpe, quia omnis chylo præcluditur ad Thoracicas via, superfluum retinunt.

de Lacteis Thoracicis.

52

Sic Dr. Vigneton in vico Templi, de stomacho querebatur, sentiebatque pondus quoddam, & vomebat s̄epe. Aperto cadavere Hepat superiore parte adh̄erebat Diaphragmati, & id ipsum Hepat putre erat. *Ballonius l.i. Conf. 43. in Ann.*

IV. Hepat sanum sanguinem conficere debet, ubi Cor patitur, & Venæ Thoracicæ nihil deferrunt chyli sive vitio viarum obstructarum aut compressarum, sive vitio recipientis Cordis, sive denique mouentium pulmonum, diaphragmatis, muscularum Thoracicorum, aliarumque partium. Ita in homine vidimus, & canibus plurimis Hepat sine omni noxâ, at pulmones vitiosos, unde quidem in abdomen Lactearum vberimus prouentus, sed flaccidæ Thoracicæ sine manifesto succo Lacteo. Hic igitur Cordis vices suppleuit Hepat, quemadmodum sape Cor Hepati fert suppetias malè affecto, sed nisi utrumque viscus sanum sit, nunquam perfecta fit nutritio. Vidi Hydropicas virgines, duro & tumido hypochondrio dextro, laudabilem tamen menstrui sanguinis satis copiosi habuisse ex arteriis fluxum. Ita Omento & Mesenterio absumpto miles Germanus apud *Bontium*, Obs. Ind. 7. per integrum annum vixit, in quo certè per Hepat nulla chyli distributio, forsitan per Receptaculum, vel Lacteas Thoracicas œsophago & Cauæ insertas.

V. Proportio esse debet Vasorum Lacteorum ad Vasa chylum recipientia, sive Hepat, sive Cor. At nulla est ductuum Lacteorum Pancreatis & Thoracicorum ad Cor vel Hepat proportio, si vel soli hi vel illi chylum deferunt. *Lactei meatus*

D ij

52 *Thome Bartholini*

in Thorace sic satis sunt exiles, & foraminula ad axillares quoque nlmis exigua, quam pro copia chyli transvehendi & Lactearum in abdomine. Pari pacto minores sunt Lacteæ communes Mesentericæ, quæ ex Pancreate ad Hepat serpunt, quam sunt in Mesenterio toto. Igitur nec hac nec illac omnis chylus potest amandari, sed partim hac, partim illac; pars enim chyli ad Cor per Receptaculum *Pecqueti*, & Lacteos Thoracicos labitur, pars ad Hepat vel immediatè per Lacteas *Aselli* ex Pancreate, vel mediataè per Portam, Cauam, Emulgentes.

VI. Receptaculum in brutis vnicum plerumque est & paruum, quuni glandulæ & lacteæ sint copiosissimæ. In homine glandulæ Lacteæ nouæ, mole exiles, & cuitatè vix conspicuæ.

VII. Naturæ id familiare & corporis nostri economiæ minimè aduersum, eiusdem generis humiditates per diuersas vias detinare. Ita tenuiorem sanguinem per septum Cordis ad sinistrum ex dextro ventriculo transcolat, crassiorem verò & copiosiorem per pulmones circulari. Ipse *Pecquetus* p. 84. concedit partem chyli per chylosam semitam ad Cor ire, partem serosiorem ad renes, &c.

VIII. Nec desunt mihi concordiam viscerum & sententiarum molituro, autoritates. *Aristoteles* ipse, Cordi addictissimus, lib. 3. de Pat. animal. c. 12. fatetur Hepat post Cor omnium viscerum esse *quangomini*. Cl. *Corringius* in Doctissimis ad me literis, quanquam minus Hepati tribuat, quam pat videtur, tamen per solas Thoracicas omnem chylum ferri, iuxta mecum perne-

de Lacteis Thoracicis.

53

ger. Ipse audiri meretur; Neque vero copia Lactei chyli & angustia paucitasque hactenus cognitorum Vasorum, aptorum in id utri chylum ex Receptaculo possint aliud transferre, me quidem permittit dubitare de alias hactenus ignotis viis. Ut sanè per illum à Pecquetio invenimus dulcem omnis posset meare, & est raro aduratur. Nimirum etiam paucæ sunt & angustæ venulae, quas, in Venam Porte, in Cava Hepatis, in Venam p. 79. Cauam inseri dandum cum aliis, tum etiam mihi (quicquid neget Pecquetus) est obseruatum. Iam ante decennium nonnihil aliquid ea de resum sufficatus, quod babetur pag. 8. lib. de Sanguine edit. Batavica: im posterum si ferant negotia, curiosus inquiram, imò vero Ta, felicissime Bartholine, inuenies. Efficiunt vero adeo diversæ Læcarum connexiones, ut magis magisque declinem in antiquissimi cui illam mei auctoritate sententiam, nempe ἔξαμνων (cetero loquitur Aristoteles) sine primum sanguinis rudimentum passim in Venis fieri, adeoque in Hepate non nisi ἐν οὐθενάκι, in Corde autem, quoniam ibi calore est maximus, ultimum accipi complementum; non quod omne eo momento quo in Corpore venit sanguis impetratur, (id enim vetat me credere si qui sanguini permisus est ἐχως crudus, quem per Cor traductum esse nullum est dubium. & tamen nondum plenè excoctus est sed quod tam non sanguinis coloris nequam ita queat perfectionem suam ultimam consequi. Certe paupertas illa & angustia meatuum Læcarum qui in Hepar pergunt, non permittunt, ut credamus p. 80. im posterum Hepar præcipue quadam vi aliquam,

D iij

54 *Thome Bartholini*
moibus valere. Et verò videtur Nature rerum
certius consultum, si chylus variis multisque in locis
cum venoso sanguine misceatur, quam si omnis
uno loco temporeque conficiatur: hoc sane longe
est difficilior quam prius illud, &c.

CAPVT XVI.

Qualis Chylus Thoracicas Lacteas pernadas?

ITa eleganter diuisit Natura duplēm ductūm chylosorum insertionem, quia ad duo sanguificationis organa erat chylus perducendus. Et siquidem insertionem in Hepar dextro latere molita est, in sinistro ferè tantum Thoracicatum Lacteatum ingressum firmavit. Partitum munus diuisas vias poscebat. Num verò tenuis chylus per Thoracicas tantum feratur ad Cor, & crassior per Lacteas Mesenterii ad Hepar, paucis disticiendum.

P. 81. Ad Cor per Receptaculum & Thoracicas, tenuem tantum distribui multa habeo indicia. Certè eius sententiæ videtur fuisse *Plato*, qui Cor non cuiuslibet sanguinis originem voluit, sed eius qui impetu ruit & salit, referente *Galeano*, l. 6. de *Placit. Plat. & Hippoc.* Vasorum Thoracicorum insertio sublimis tenuia & levia tantum admittit, apta sursum adscendere, Hepar verò depressius crassiorem & pondere suo gravem succum facile excipit. Quò spectat & corundem ductuum angustia, imò exilia foramina quibus patent in subclavias, nonnunquam *valicum* tantum tenui *valuula* munitum, facile

à crasso chylo rumpendâ. Nec debet ad Cor per subclavias crassus chylus inferti nondum satis per moras in Hepate concoctus aut p̄paratus, nam à calore Cordis aduretur potius vel suffocaret hominem, vel continua eius systole seu contractione impura ad partes nutritiendas devolucentur, ex quibus Ilias morborum & pessima exsurgeret nutritio. Receptaculum ipsum, p̄pter subtilem, nec alium recipit, nec expellit, quia cæca sunt ostia per quæ illabitur chylus & p. 82.
elabitur, turgetque chylo antequam crassior in ventriculo sit perfectus. Hinc adhæret tenibus, capsulis atrabilariis, & arteriæ emulgenti.

Nec desunt quæ contrarium euincant, tenuem nempe chylum ad Hepat p̄ergere, ad Cor crassorem. Enimvero *Auctor* lib. 4. de Morb. biliosa solum ab Hepate adduci contendit. Et post pastum interiectis horis tribus vel quatuor, quando crassior in ventriculo concoctus non est, ad Hepat Lacteæ conspiciuntur, subinde scrofa, in Thoracicis autem sumpto mox cibo vix liquor reperietur.

Cæterum ad neutram partem consensum flecto, cui media via semper placuit. Scilicet vero absimile non est, utrumque chylum crassum tenuemque modo ad Hepat, modo Cor distribui, pro viarum commoditate & necessitate, prima- p. 83.
riò tamen liquidorem & subtiliorem ad Cor, crassorem ad Hepat, siue simul, siue per vices. In dissectis canibus quibusdam vidimus quartâ post escam sumptam hora, Receptaculum, Venas Thoracicas, Lacteas Mesenterij Lacteo chylo abundare, ventriculo nondum à crassioribus

D iiii

56. *Thomæ Bartholini*

alimentis exonerato. In aliis eadem hora discesserunt nominatae viae splendente sero plenæ. In aliis per vices, serum & lac comedabant iisdem viis. Placuit alios septimam horam inspicere, & nihil à primoribus inuenimus diuersum, quin imò Lacteos ductus serosos tam in Thorace prope axillares, quam in abdomine iuxta Hepar luxuriare & splendescere. Dissectus publicè infanticida ientaculo copioso sex circiter horis ante strangulationem refectus, vinoque intermedia mora, in ventriculo adhuc cibi chylique crassi tenuisque partem reconditam seruabat. Lactæ Thoracicæ non ita conspicuæ in illo, glandulæ vero Lactæ nouæ plenæ chylo albo, & circa Hepar candicantes fibræ, Mesenteriumque candidis venis refertum. Alter fuit eodem modo pastus, & largius potus, nihil chyli.

p. 84. ostendit nobis, siue in Lacteis abdominalis, siue Thoracis, quum tamen valde sanus fuerit, & ventriculum vitroque chylo adhuc satis repletum haberet. Ex his similibusque Observationibus, ad utrumque viscus, utrumque liquorum Lacteum dispergi colligimus, quacunque horam. Lactæ sane quæ in Hepar terminantur, tam sunt, quam Thoracicæ exiles, nisi quod numero & ramorum multitudine superent. Necessitatis tamen tempore subtiliorem statim Thoracicæ persuadere dubitare non possum, quia sumpto cibo vel cordiali potionē, post jejunium vel virium lapsum, dictum factum, fames sedatur, vires reficiuntur, quod subtilior persuadere possit viis flaccidis & inanibus, crassior vero in ventriculo convectionem longiorem expectet.

An autem in Receptaculo coaceruatur tantum chylus pro Thoracicis, in pancreate vero pro Hepate, difficile dictu est. In Receptaculum confluere omnem chylum ex Mesenterio eiusque pancreate, *Pecqueti* est placitum. Contrà qui partes *Acellij* turantur, Pancreas Hepati quoque inseruite contendunt. Conflueret ad Receptaculum, pressum Pancreas docet. Hepati aliquid transmitti communio Lactearum ex Pancreate prodeuntium monstrat, & succi identitas, ut barbarè loquar, hic & ibi similis. Imò obseruauimus in homine, canibusque promiscuam Lactearum à Receptaculo in Hepar prope Portam insertionem, ut supicio sit ex Receptaculo non tantum ad Thoracicas protrudi chylum, sed ad Hepat quoque, quemadmodum ex Pancreate Mesenterij & ad Hepar & Receptaculum distribuitur idem. In communem vslam conspitare Receptaculum & Pancreas, situs vtriusque indubiam facit fidem. Nam si Receptaculum medio vertebrarum incumbat, Pancreas huic exactè supraiectum obseruauimus. In reliquis, singulæ forsan Mesenterij glandulæ sive Receptaculo sive Hepati deseruunt, communicatisque hinc inde ramulis Lacteis, operas diuidunt.

Pecquetus quidem in Mesenterio glandulam illam magnam *Acellij* non inuenit pag. 15. quia ea in domesticis animalibus vplurimum desit, aut certè in plures patuas, easque quinque ferè ex *Vvaleso*, diuidatur. Ipse tres inuenit tantum iuxta Etiulgentes, in dextro oblongiorem, in sinistro duas rotundiores, quæ recipiunt chylum per suos canaliculos transountem, & in Recept-

p. 85.

p. 86.

58 *Thomæ Bartholini*
 culum reddunt. Sed certus glandularum numerus iniiri nequit, varius pro subiectorum varietate. Magnam medium viderunt *Astellus*, *Higborus*, nos sèpius, aliique non in homine tantum, sed in canibus. Reliquæ minores numero definiti nequaquam possunt, seu in homine, seu brutis, quod Pecquetus obseruasse debuit, si tot extispicinas exercuit quot gloriatur.

CAPVT XVII.

Hepar uterius vindicatur.

Hepati purpuram detracturus *Pecquetus*,
 p. 87. quia ad sanguinis elaborationem minus
 iudicauit idoneum, ne nobile viscus à Naturâ
 frustra conditum existimaremus, alia munera illi
 assignauit. Tres eius sunt, si illi credimus, *Vsus*.
Primus, ut sit Transcolatorium sanguinis à bile,
 sicut Lien acidi succi, renes seri, &c. *Alter*, ut
 pistilli vicem gerat molis grauitate, in extruden-
 do chylo ex ventriculo. *Tertius*, ut calorem ven-
 triculi elixatione subministret. Omnia faciles
 largimur, si nobis æquè fuerit benignus. Princi-
 pem actionem Hepatis merito addimus, chylum
 aliquem sive crassum sive tenuem in sanguinem
 concoquere, quod ex dissectis appetet, & La-
 ctearum venarum insertione, frustranea alioquin
 futura. Sed de hac actione Hepatis superius
 actum maiori studio, & saxum illud iam pluri-
 mi volverunt. Quod si diligentior cura aliter
 sem inuenierit, experientia lubens fasces sub-

mittam, supereritque mihi ad veniam regessus,
velut emendaturo si aliquid hac parte fuerit à
me peccatum. Præterite non possum eiusdem
Pecqueti de bile generationem. Ut secutius He-
par in triumphum ducat, bilem omnem à san-
guine in Hepate segregat, tanquam secundæ co-
ctionis, non primæ ex chylo, excrementum. In-
tererat gloria eius & damnati à se Hepatis, hanc
laciniā nouæ tunicæ affuisse. Ante *Pecquetum*
iisdem ferè rationum momentis, *Aristoteles*
consonus bilem impugnauit *Conringius*, Medi-
cus & Polyhistor magnus de *Gen. Sang.* cap. 15.
16. 17. Contrarius quidem ipse sibi videtur *Pec-
quetus* cap. 12. de *Mot. chyli* p. 86. nescio an Ty-
pographi vitio : probatur enim transcolato-
rium iecinoris munus, negat bilem secundæ co-
ctionis esse excrementum. Hinc si primæ erit,
iam recta ex Lacteis segregabitur. Credo tamen
errasse typothetas, quum Pag. seq. secundam
coctionem probet. Quidquid sit, confundit bi-
lem excrementitiam cum alimentari; hæc in to-
to est sanguine calidiore, at illa in Hepate ex
chylo separatur. Si hoc minus arrideat, bilem ex-
crementitiam vtroque loco excerni, fortasse pla-
cebit magis. Bilis enim ex chylo calidiore fecer-
nitur in Hepate, iterum per Cœliacam arteriam
alia cum sanguine venit à calidiore corde & par-
tibus generata. Vnde duplex bilis meatus in Ie-
core, alter crassioris, cholidochus, alter tenuio-
ris, cystis; quemadmodum serum sanguinis par-
tim per sudores, partim in pericardium, pilos,
partim denique per arterias emulgentes ad re-
nes expurgatur. Ita in negotio nostro; Hepar se-

p. 88.

p. 89.

60

Thomae Bartholini

parat bilem ex chylo quem concoquit, & ibidem
 alia bilis ex sanguine deponitur, qui ex chylo al-
 tero per Pecqueti ductus Thoracicos apportato,
 in Corde fuit confectus. Cibi dulces, pingues,
 calidi & seci in chylo saepissimè bilem relin-
 quunt, præsertim si iecut plus iusto caleat. Ne-
 gare hæc non debet *Pecquetus*, quia quotidie id
 biliosi experientur, & concedit saepe laudatus
 merito suo *Conringius* fin. c. 15. Expertus est in
 gallo *Helmontius*, tr. Rect. Pyl. §. 24. bilem
 clauso pyloro & obiecto silice in ventriculo con-
 fectam, qui non potuit ex Hepate eiusve vesicula
 venisse, quum intra stomachum felli aduenienti
 p. 90. filex tantum præclusisset. De felle in fœtu iam
 satisfecit *Hippocrates* & *Harueius*, qui chylo
 seu colliquamento nutriti probarunt.

CAPVT XVIII.

*Ad mammas an Thoracicae Lacteæ
 perueniant?*

Non protus impossibile videtur ad lactis
 in mammis distributionem vicinas has
 Thoracicas conferre aliquid. *Mariñum* libr. 4.
Anatom. quem *Galenus* in *Epitomen* contraxit;
 vti testatur l. de Libris propriis Cap. 3. de Vasis
 Mammariis, quibus lac continetur, scriben-
 tem; si nobis fata seruassent, lucem forsan insti-
 tuto huic fœnerasset. Fuerunt quidem qui in ho-
 minis Thorace Lacteos ad Mammas ramos deri-
 uitros, sibi affirmarint villos; sed vereor ne perui-

descendentes eos deceperint. Sunt indicia quamplurima, quæ cum Hippocrate l. de Nat. Pueris, persuadeant chylum seu lac ad māmas protrudi, de quibus quid olim senserim, in *Anatome Reformata* dixi. Nutrices sanè ipsæ fatentur māmas infantibus præbituræ, lac quasi ex scapulis (vbi Thoracicæ Lactæ inseruntur) descendere, non sine doloris sensu, cauentque sedulo ne sumpto cibo statim vberibus admoueatur, ob metum inconcocti alimenti assumendi. Præterea quam plurima in cibis sumpta cum chylo Lacteo ad māmas mulierum obseruata sunt deferri. In quam rem *Martianus* exempla à se visa Romæ signauit. Vxor Cæmentarij Romani, assumptæ purgante, post horam puellæ anniculæ mammam porrexit, quam lactabat, vnde tam fortiter statim vel breui interpositâ motâ purgata est, ut de superpurgatione lethali dubitatum sit. Mater verò nullam medicaminis vim est experta. Idem notat de capra &c muliere Elaterio sumpto *Hippocrates* in *Epid.* & de aliis lactibus *Theophrastus*, *Dioscorides*, *Varro*, *Messarius*, &c. teste *Aristotele* 7. *Hist. An. c. 11.* pili poculo hausti ex māmis quandoque excernuntur siue pressis sponte, siue cum lacte. Narrat idem *Martianus* filium Domitiæ de Grifonibus menstruum, sæpius cum stercore excreuisse furfures, p. 92, quum panem furfuraceum comedere nutrix. Extractus quoque fuit Romæ è papilla lactantis surculus cithorij, quem priori cena comedebat mulier. Denique Pamphilia vxori Melphi cum purgationis gratia lib. VI. lactis potasser, citissimè in māmas fluxit, quæ tumidæ maxi-

mum dolorem inferabant. Si deviis queramus, ipsi ambigunt. *Hippocrates* l. de Nat. Pueri, venas nominat ad mammas & uterum delatas ; sed quales illæ sint, non exponit. *Martianus* Annot. in l. de Carnib. cæcos quosdam ductus lactis ad mammas & à mammis approbat. *P. Castellus*, lib. 2. Emet. c. 59. à ventriculo materiam lactis ad mammas ferri suspicatur, vel per vias adhuc incognitas, vel per porositates in corporibus ratis. *Veslingius* in Syntagm. vlt. neandum perspectas vias vaporibus lacteis condonat. *Io. Dan. Horstius* Manud. ad Med. p. 1. c. 1. §. 2. n. 4. audacter venas Lacteas & rubras in mammis distinguunt.

P. 92. *I. C. Benedictus* l. 4. Epist. Med. 5. Hippocratem quidem tuerur, sed in consensu mammatum cum utero acquiescit. Nihil promptius quam per Laetæas Thoracicas nouas rem hanc controuersam componere. Vicinæ illæ sunt mammarijs & Thoracicis valis, ramulosque paſſim diffundunt. In femina prægnante vel lactante, post partum dissecata, facile erit experimentum.

In Viro non ita promptum est obſeruare, niſi papillas lacte habeat tumentes, quod raroſum quidem, aliquando tamen, & in pueris, obſeruatum. Nuper Anatomia noſtræ ſubiectus fuit, per mammarias effundebat ex Thorace ſerum bilioſum. Anastomosis certè vasorum Epigastricorum cum mammarijs, adeo decantata Anatomicis, tam eſt oculis rara, ut ſepiuſ deeffe quam adeffe deprehenderim. Et quid illa in tanto lactis prouento poſſet ? Vidi quidem *Riolanus* Anatomicus emeritus l. 3. Anthr. c. 3. in puerpera recen-

ter enixa Mammariam internam & Epigastricam, crassitie & mole calami scriptorij pares: sed sanguini vel diutius retento vel ad motum tardiori id imputandum, vel conatibus puerperar, siquidem & reliqua vasa sanguinea circa uterum p. 94.
eo tempore valde distenduntur, ut ad viuum depingit *Beslerus*, Tab. 3. Vter. Mul. Quin idem *Riolanus* in Prætermisssis, varicosas easdem obseruauit in Viro Marchiensi cum D. *Mattbius* Collega, secundum longitudinem ventris à Thorace ad pubem. Diligentissimus *Higmo-*
rue lib. 2. Disqu. Anat. p. 1. c. 3. in dissectione canis grauidæ ac viuentis obseruauit, quum venam sine pari, in quam se exonerant intercostales, aperuisset, lacteum quendam humorem sanguine mixtum ab intercostalibus effluxisse eiusdem prorsus Naturæ cum illo in mammis tunc existente, quem humorem ab arterijs Thoracicis & mammariis accepisse suspicatur. Credo tamen ramum ex Lacteis Thoracicis, venæ sine pari insertum, chyli partem infudisse, quandoquidem in canibus aliisque animalibus ex intercostalibus aut Thoracicis arteriis ad mammas in p. 95.
abdomine sitas rarior transitus. Quidquid sit, feminas canes, tam prægnantes, quam lactantes in hunc usum conquisiui, quibus, dato studio, finita hac dissertatione occupabor.

Negat *Pecquetus* vilas Lacteas ad mammiferri. Rationes addit *Auzotius* doctissimus, quod non facile se prodat via, ob situm vasorum Lacteorum in brutis. Sed contrarium verius videtur, quum mammaria viciniores sint in brutis abdomini, secus quam in homine, qui partus

LVIIA

64 *Thome Bartholini*

suos attollit, vt censuit *Aristoteles*: Vnde in canis
bus, à nobis sectis quamplurimis, innumeris in
abdomine vidimus lacteas, exiles in Thorace, &
sine dubio illas in hædis lactantibus. *Erasistratus*
ibi obseruauit. Homini ferè soli cur mammæ in
pectore, brutis verò plerisque in abdome, cau-
fas adducit *Galenus* 7. VI. Part. c. 22. & alias alij.
R. Abba, dixit, Deum mulieribus vbeta è re-
gione Cordis posuisse, vt cordatus & prudens
euadat puer, vrque è matri corde sugat, vnde in-
tellectum consequatur: *R. Ichuda*, ne mulierum
pudenda puer videre cogeretur; *R. Matthana*
verò ne in loco sordido sugeret, sicut ex Rabbi-

norum traditione refert *Buxtorfius* Syn. Iud. c.
3. Ego faciliter conjecturâ adderem, si vera esset
Hippocratis suppositio, chylum in mammis hu-
manis crudiorem, cordis vicinum calorem desig-
natasse, qui quidem in ventriculo canum alio-
rumque est robustior, nec ita externis iniuriis pa-
tens ob spinam in prono gressu eminentem, quod
innuetat ante *Galenus* cap. dicto extremo. Ad
alterum *Auzotij* argumentum, & raram expe-
rientiam, in re parum absimili respondeat *Ca-
stellus*, l. 2. Emer. c. 59. pag. 180. Nam problema
hoc in vitramque partem ventilari potest. Audio
Rothomagi editum nuper opusculum *Guiffarti*
de substantia seu materia lactis, in quo lac nega-
tur esse chylus per vas Pecquetianum adductus,
at quibus rationibus aut experimentis nouis,
ignorare cogor, donec ad nos libellum Bibliopo-
lex pertulerint.

CAPVT

CAPVT XIX.

Cur hactenus noua Vasa Lactea latuerint?

Tantum de Nouis ductibus Lacteis in mem-
orem hactenus nobis venit, experientiam se-
quuntur & rationem. **Q**uod si in posterum vel
plura vel ab his diuersa dissecantium culter de-
texit, publicè profiteretur & condicimus, vel
addituros nos libenter, vel mutaturos modello
quidquid vel desideratum fuerit, vel peccatum.
Hanc legem nobis posuimus, quam Natura re-
uerentia sanciuit. *ad hoc tamen ratiq. supradicta*
Coronidis loco duo superaddimus, 1. Cur ha-
ctenus tam illustria Naturæ vasa oculos lynceos
Anatomicorum effugerint. 2. Quā administratio-
nes seu *sixxepisq.* inuenta iam, ab aliis facilē vi-
deri & demonstrari possint. Varia sunt quæ pro-
neglecta hactenus obseruatione prætendi pos-
sunt. Imprimis Naturam inuidam culpamus,
quod seculo huic quam prioribus cunctis magis
fauerit. Effascinat illa nobis oculos, ne maximè
parentia subinde videamus. Oculorum mentis-
que hic est defectus, certo diuinæ vindictæ indi-
cio, qui mundum tradidit disputationibus suis,
ut non inueniat veritatem, nec ullus sit librorum
finis, lectioque multa humanam vitam occupet,
Eccles. XII. 12. Venas Lacteas omnes ex Pan-
create ad Hepar ferri siquidem pro certo habui-
mus, ulteriori inuestigatione supersedimus.

E

66 *Thomae Bartholini,*

Tantumque *Galeni* apud omnes valuit auctori-
tas, vt solo Hepati omnem chylum in sanguinem
conuertendi munus consensu communi sit
delatum. Huc accessit situs nouorum Vasorum
profundior, ad quem difficile obseruantium
oculi manusque peruererunt. In Thorace certè
profundo nihil tale quis vñquam quæsiueret,
præsertim quum omnis opéra circa motum Cor-
dis & Sanguinis ibidem desudarit. Non du-
biū est sapientius hujusmodi canales visos, sed vel
pro nervis habitos, vel venulis inanitis, vel adi-
pe, vel membranulis. Thoracici enim nervos
mentiuntur, quos æmula similitudine referunt,
vel certè fibras vbi liquor Lacteus expressus fuit.
Vtrinque per latera vertebræ dorsi descendunt
sexti parisi nervi, quos iam dēmum à Thoracicis
Lacteis distinguere didicimus duplii notā. 1.
quod illi ad latera serpent., terminanturque in
Diaphragma vel eius appendices; hæ verò vel
mediæ in spina incedant, vel proximè intet sexti
parisi nervum & spinam alterutro latere, per
Diaphragma ad abdomen subiectasque glandu-
las Lacteas descendant ulterius. 2. quod discissi
illi vel ligati, nec liquorem ullum profundant,
nec vt Thoracicæ Lacteæ, intumescent. Quibus
addi potest & utriusque vasis origo seu insertio.
A cerebro nervi producuntur, Lacteæ ex abdo-
mine in axillarem terminantur. Sæpe quoque
adipis species nos fecellit. In vacca nuper pastâ
diligenter in Thoracicis Lacteas, eiusque fibras
inquisiui, sed adeo pinguedini immersæ late-
bant, vt præter fibrillas nihil comparuerit sum-

p. 99.

mo labore distinguendas. Glandulæ autem La-
cteæ nouæ seu Receptaculum tam glandularum p.100.
Mesenterij hæc tenus totarum, quam adipis no-
mine facile imposuerunt scrutatoribus. Quod
verò Pecqueto, mortaliū felicissimo, inuisa
omnibus seculis patuerint, munus esse fortunæ
cum inscio ludentis, ingenua confessione ipse
Cap. 2. profiteretur.

CAPVT XX.

*Anatomica Vasorum nouarum Admi-
nistratio.*

Exemplo Galeni Administrationem nouo-
rum Vasorum Anatomicam paucis trade-
mus, illorum in gratiam quibus ea necdum vi-
disse licuit. Cadauer seu humanum seu bruto-
rum quarta, quinta vel septima hora post pastum
ligatum vel strangulatum rudi manu aperito, &
remoto sterno cum annexo mediastino; valida
manu pulmones alterutrius lateris cum adha-
rentibus visceribus in oppositum latus refle-
ctito, ut dorsi abdita in conspectum prodeant. p.tor.
Mox conspicua sub Aortam & cesophagum in
medio spinæ dorsi vel circa medium, vasa can-
dida sine ductus sero relucentes scalpello à vici-
nis caure separato, & vinculo subtili siue sub
axillari vena, siue in medio Thoracis ligato.
Alio vinculo reliqua Cordis vasa intercipien-
da infra supraque, ob ruituri sanguinis metum.

E ij


Postea abdomen diffinide, & visis in Mesenterio Lacteis, insertioneque, in Hepar, vniuersum Mesenterium cum intestinis ad latus alterutrum reuolvito, ut glandulas Lacteas nouas seu Receptaculum in situ suo & connexione cum Mesenterio intuaris inter Musculos lumbares, & renes, inque Cœliacæ arteria, & descendentes Cauæ confinio iuxta Emulgentes. Hinc intestina ab insimis exordio facto separa, & cum ventriculo, Hepate, Liene ex abdomine elimina, nudo si placuerit Mesenterio cum glandula media & pancreate, relicto. Videbis glandulas nouas candicantes, & ad tactum molles, chyloque vel seroturgidas, quæ si non compareant, tenes eleua, sub quibus solet pars illarum delitescere. Tum, ut ascendentis surculos lacteos contempleris, Diaphragma per partes discinde, & à vertebribus accurate libera, unaque aortam arteriam, Venam Cauam, & œsophagum cum visceribus thoracis, vel exime, vel caput versus supra scapulam dextram reclinato, & totum vasis Lactei ductum in dorso obseruabis, circa Diaphragmatis regionem tumidiorem, circa quintam vertebram dorsi ad sinistrum claviculam serpentem. Denique axillarem Venam sinistram remora costa prima, & clavicula sinistra denudato, iugularemque externam vicinam. In utraque utriusque lateris vinculo iniesto versus caput, & artus sanguinem remorare. Nullo negotio insertionem lacteorum thoracicorum inuenies, sique de fibrillis visis dubitas, fistulâ in thoracicis supra vinculum adige, vel aquam, vel spiritum, vel vinculum laxa, digitoque chy-

P.102

lum sursum propelle. Quibus visis aperta axillari inter ligaturas, absterisque crurore, valuum quare, vel foraminula, quæ chylum, vel ^{p. 103} serum, vel spiritum ex thoracicis pressis, vel inflatis manifeste admittunt. Reliqua exercitatio frequens docebit. Quanquam enim in tota Anatome nulla difficulter occurrat administratio, facilius tamen intento digito hæc monstratur, quam describitur. Falluntur, qui non visis acquiescent, aut auditis credunt. Democriti spelunca, & secessus intrandus, ubi Deos inueniet sector. Non habemus ista odorifera, nec emptorem decipimus nihil inuenturum cum intraverit, præter illa quæ in fronte suspensa sunt.

FINIS.

E iii




THOMÆ ^{5.}
BARTHOLINI
VASA
LYMPHATICA,
Nuper Hafniæ in Animantibus
inuenta ,
Et Hepatis Exsequia.



PARISIIS,
Apud Viduam MATHVRINI DV PVIS,
viâ Iacobœâ, sub signo Coronæ Aureæ.

M. DC. LIII.
Cum Priuilegio Regis.



IOANNI RIOLANO
Maximo Orbis & Vrbis
Parisiensis Anatomico

S. D.


THOMAS BARTHOLINV.

NOVA inuenire tam artia est,
quam fortuna. Hanc illa prouo-
cat, ut propiciam mortales Natu-
ram experiantur. Superis debe-
mus beneficium, quod hactenus ars
fauerit in operando, & in inue-
niendo fortuna. Dum de Neptuni imperio in-
festis concertatur trabibus, volunt otiosa in a-
nimantibus aquae torpescere. Monentur illæ quo-
dam congenitus Oceani consensu, & vasis nun-
quam ab hominum memoria notis se nobis pro-
diderunt. Anatomicam istorum Historiam
paucis lineis orbi exhibeo, Natura, ut confi-
do, veritate, & ingenuitate meæ probaturam,
quam nomini Tuo inscripturæ nihil aut à Tua,
aut Natura dignitate alienum commisero. Li-
terariæ inter nos sepono iam dissensiones. Cer-
tè de Inuento nostro rectius nemo feret senten-
tiam, si vel otium tuum permiserit, vel ingra-
uescens gloria senectus. Poteram fortassis am-

4

cum acclamare maiorem, sed nullum vel in his
 Te veterano doctiorem, vel in censendis rigidior-
 rem. Naturam igitur tibi commendo, & meam
 fidem. De Natura si dubitas, ipsam qualem li-
 mato cultro excute. Me si habes suspectum,
 scias moribus meis receptum esse & ingenio,
 prodesse publico, non mentiri. Hos oculos pro
 rei fidei interpono, & summi Doctoris O L A I
 V V O R M I I applausum, qui nec mihi di-
 dicit blandiri, nec Naturae. Nisi graue sitata-
 ti inter tot experimenta proiectae laud inque
 plene, pagellas nostras lege cum inuidia, sed
 mihi sine inuidia fane. Hafnia, Calend. Maij,
 M. DC. LIII.





THOMÆ BARTHOLINI
VASORVM
LYMPHATICORVM,
HISTORIA NOVA.

CAPVT I.

Vasorum Lymphaticorum necessitas.



Dmitanda animantium compa-
ges maximum cum vniuerso ha-
bet commercium, utriusque com-
munes sunt partes, siue ornatum
speces, siue necessitatem. Res
confessa diffuso non indiget con-
textu. Aquas in vniuerso videamus, illarumque
per ambitum terrarum distributionem. Quem-
admodum æquora medias cingentia terras sapo-
ris falsi varietate publico inserviunt, & fluuij
aquarum simplicitate sinuosis flexibus errant,
fontisque dulcissima Lympa irriguum riuum
volvit: Ita in viuente corpore, quod aquæ debe-
re originem veteres prodiderunt, ichores tam fal-
si quam mites, & purissima Lympa variis v̄tis
discurrent, patulisque hiatibus aguntur. Serò
excipiendo expurgandoque nota hactenus Vasa

pag. 1.

p. 2.

Thomae Bartholini

Anatomicorum industria probauit quamplurima. Vrteretes vtrinque à tenibus pereolatum serum vesicæ anfractuoso tramite infundunt, tanquam riuli incisternam, vel in mate se exonerantes. Excipit & pericardium stillantem à vasis serositatem, ipsaque Thoracis cauitas, sed modo bilis flauedine, modo cruentis mixtura tintetam.

p. 3. De quovis cavo autor est *Hippocrates*, sanitatis tempore plenum esse spiritu, in morbo vero ichore. Malo suo hydrocopicid experiuntur, siue thorax siue abdomen, siue uterus aquarum copia distendatur. Ambitus corporis nostri patulis foraminulis serum exprimit, partim sensibili sudoris liquore, partim inconspicua transpiratione subtilliorum. Per oculorum orbitas aqua cerebri stillat, largoque in lacrymis humectat flumine vultum. Est & in articulis humiditas naturalis, vulgo decantata, qua in motu inunguntur, eaque per febrem absompta membrorum strepitus in ambulando sentitur. De hac Cous noster; Ossium articulatorum nullum est, quod non bene humidum, habeatque cauitates, quas denunciat ichor, qui sauciis illis effluit copiosè, & cum dolore. Alia scri Receptacula apud Prosectorum nostros videantur.

At de Lympha pura altum hactenus fuit silentium. Ea tamen, non minus, quam illa, necessaria, siquidem ad corporis complementum & usum necessarium, destinanda erat. Nos primi Hafniae vasa aquæ huic peculiaria in brutis inuenimus planè aliud agentes. Nempe seculi huius est felicitas, superiora nouis inuentis superrare, & patiæ nostræ meritò gratulor, quod au-

Vasa Lymphatica.

3

¶ta experimentorum industria, Naturam inti-
mioraque illius secreta ad se pellexit. Africa
quotannis nouam procreat feram, veteri Anaxi-
læ verbo ferebatur. Iam in Daniam Africa mi-
gravit, & laudem illi ambiguam cessit. Non
monstra loquor, quæ spectatum admissi tisum p. 5.
amicci teneant, sed vera Naturæ ostenta & per-
petua. Superiori anno Theatrum nostrum in ho-
mine Lacteas Thoracicas partiuuit. Ne aliqui-
bus inuentis diligentia nostra subsiderer, hic an-
nus maiora prodidit, quæ Anatomicorum, quo-
quot secula cuncta suspexerunt, hactenus oculos
effugerunt. Ab ostentatione semper fui alienissi-
mus, sed sincerè dico, quia laureolam in hoc impu-
stacco non quæro, rerum mortalium satur & con-
temptor, si aliis laudum auctoribus hæc scri-
bendi oblata fuisset & inueniendi materies, non
aliena inuenta tantopere aut excoluissent, aut
pro suis venditassen. Nos verò, qui officij par-
tibus annumeramus, Naturæ diligentiam nostrâ
amicæ amicos vultus inuentaque noua propa-
landi, ne vel Naturæ benignitatem videamur p. 6.
spreuisse, vel non satis intellexisse, breuibus li-
neis per texamus sine pompa, quæ sine delectu
aperuit Natuta.

CAPVT II.*Series & occasio Novi Invenienti.*

TOti in eo eramus ut Lactea ex abdome
ad subclavias per Thoracem discurrentia

3 *Thomae Bartholini*

accuratius scrutaremur, qua occasione non solum bruta sub cultri examen vocauimus, sed & humana cadavera, in quibus primi hos Lacteos Thoracicos ductus inuenimus, & publico scripto illustrauimus. Dum verò circa brutorum Anatomem versatur diligens industria, ecce quod non quærebamus, vltro se obtulit. Observauimus quidem sèpe, in canibus dissectis, ex Hepate aquosos ductus prodeentes, sed qui pro Lacteis eos habuimus, vltteriori cogitatione supersedimus, de aliis securi. At quum 18. Febr. ad solita exercitia Anatomica deflecterem, adscito in operis societatem Cl. v. *M. Michael Lyse'o*, cui inuentionis huius laudem, si quam meremur, communem volo, canem satis magnum sanumque, nec pinguedine nimia molestū, septem post pastum horis aperuimus, ut quomodo Lactei Thoracis ductus longiori distributionis mora se haberent, penitus animaduerteremus. Ventriculus cibo adhuc plenus. In Mesenterio canticantes chylo venæ apparuerunt, sicut in Thora-
ce, more hactenus seruato. In Hepar cum Porta inserebantur plurima Vasa Tumentia, non chylo quidem, sed aqueo liquore per tunicas translucente. Similes aquosi ductus plurimi viseban-
tur Portam transcendere annuli instar, & inferius Cauæ descendentem truncum vndique amplexari, vergere supra emulgentes ad capsulam atrabilariā, infra vero comitari Cauam ad ramos Iliacos, ad peluim usque, ubi vesica delitescit. Li-
gati aliquo loco tumebant inferiora versus, su-
pra Mesenterium versus inaniebantur, unde &
rami Lactei circa Diaphragma ante canticantes,

p. 7.

p. 8.

Vasa Lymphatica.

9

simili aqua implebantur, lacte protruso, & ex Receptaculo prodiens lacuna, supra Diaphragma, valde tumida, sero hoc distenta apparebat. p. 9.
 Thoracica prope axillares ob vinculum lactea. Sed, quod stuporem iniecit, quum axillarem iuxta pedes anteriores separatam ligaremus, apparuere iidem ductus aquosi, ante a nobis in abdomine visi, tumentes splendentesque hytidum instar, axillari venæ superstrati, qui ligati pedem versus, impleti manserunt, in dextro quoque latere per omnia similes, quibus lysis aqua versus pectoris anteriora effundebatur limpidissima. Miraculo vicina res nobis visa, quia insolita, nec satis oculis vnicæque experientia, quanquam clarissimæ, fidebam. Variare enim subiecta, & ludere subinde Naturam, nec facile semel visis acquiescendum, vbi omnium seculorum reputat fama. An peculiare esset vasorum genus a p. 10,
 quæ destinatum ambigia suspicione ventilabimus vltro citroque, aut unde prouenirent, quoque abirent, an peracta concoctione, vel ea adhuc perdurante, aqua vel his secerneretur vel recipetur, ancipiti conjectura hærebam. Iudicium igitur in alias experientias differte in re noua necessarium duxi.

Inter has cogitationes sollicitis canis minor commode offertur. Hunc septima hora post lagum pastum, ne tot martyria frustra exercemus, chorda celeri strangulatum euisceramus, nullaque interposita mora reliquis omnibus misis ad artus progressi & Hepar, aquosa hæc vasa similem in modum obseruauimus, hic variis cum portata annulis connexa; inque eius quasi tunicam p. 11.

19 *Thomæ Bartholini*

immersa, ibi cum axillari ramo quoque instar hederæ coherentia. Repetita inde sèpius in aliis canibus sectione, siue ieiunis, siue cibo repletis, nihil diuersum inuenimus, cœpitque constanter animus perpetuam in hoc inuento Naturæ legem admirari. Et quo certiores, & crederemus nos, & alij viderent, nec lactantibus grauidisque canibus pepercimus. In lactantibus circa Iliacos ramos idem aquosiflatus, & in axillaribus viisi splendescere. In grauidis quoque venas comitabantur vasa splendida, præferrim in abdominis fundo iuxta Iliacum, & portæ ramum frequentia, iinò in vesicula fellis cum Venis copiose externa perreptabant. In vitrisque per axillarem progredientia vasa aquæ leui incisio-

p. 12. ne aperiuimus. Limpidæ aquæ effluxus sequutus, qua occasione fistulam indidimus, ut quod humor ille vergeret, oculis pateret nouitatì inhiantibus. Immisso per fistulam spiritu movebatur. Causa prope Cor, ipsumque Cor, in obuerfa vero parte prope extremos artus, nullum motum animaduertimus, sine dubio ob valuulæ impedimentum. Quod ut porro pateret, in alio cane fecimus experimentum. In pede anteriore alterius lateris conspicuos hos ductus tumidiores inserviuimus, vidimusque atrolli iugularem externam & axillarem. Inde ligatis iugulati & axillari ramo obruituri sanguinis metum, absterisque cruore aperiuimus iugularem, axillaremque. Aperuit se illlico foramen, seu ingressus aquosiflatus sub maiori valuula iugularis, circa iugul-

p. 13. ris ingressum in axillarem, cui tenuis valuula ostendebatur, modo à flatu immisso eleuata, mo-

do

*do remissa. Perculit invita rei nouitas animum,
& communicato consilio fauere multi & aplaudere.*

CAPVT III.

Vasa Lymphatick in Hepate.

CÆterum, nisi scrupulis omnibus pér sectio-
nes ademptis, ne cum assensum obserua-
tioni nouæ spopondi: Iam olim didiceram, à ré-
cepta communi Eruditorum sententiâ non esse
recedendum, nisi prægredi causa suaserit, & ine-
vitabilis oculorum fides. Sunt qui sine vltiori
deliberatione semel visa in sententiam trahant,
vt nouitatis laudem primi indipiscantur. Alios
necenties quidem obseruata ostenta à veteribus *p. 14.*
dogmatis diuellunt. Errant vtrique nisi erro ego.
Non facilè receptis Ptæceptorum dictatis nun-
cium remiserim, sed si pro nouis pugnet Natura
ipsa, huic me libenter subiecerim, nouæ veritati
ex æquo addictus. Nec enim Natura adhuc vni-
uersa patet, multum restat, plusque testabit. Ig-
nit Hepat occurrit querulum, cui cum Anatomi-
cis hactenus quantum potui, pretium statui
sat magnum; iam verò officio demandato misere-
rè videtur excidisse. Pugnaui pro eius dignitate
in Historia Lacteorum Thôracicorum contra
Pecquetum, diuisque cum Corde imperium in
opere sanguificationis, partim antiquitatis reue-
tentia, partim rationibus quibusdam, partim *p. 15.*
denique Lactearum Vénarum experientia. Enim-

F

verò Lacteas venas in Hepar ferri obseruarunt
Astellus, Vallaeus, Higbournus. In Orbe pif-
 ce idipsum viuis sum mihi olim videte. Vero a.
 simile iudicauit, si venæ chylum Hepati infun-
 dant, ad sanguinis generationem omnino confer-
 re operas suas Hepar. De insertione igitur La-
 ctearum in Hepar maius voluit negotium, sæ-
 pius à supra laudatis virtutis obseruata & descripta.

Monstraui eam persæpe in canibus euisceratis,
 ea facie qua depicta visitur in iconibus *Astellij*
 & *Higbourni*, nec fibrillas solas esse, ex humore
 contento probavi. Vnde quum pellucido liquo-
 re splenderent, nec aliud vas cognitum adhuc
 esset aut illis aut nobis, tamdiu pro Lacteis ven-

p. 16. ditauit, donec nomen sequutura experientia mu-
 taret. Exinde dubitare cœpi, viuis aquosis ducti-
 bus in artibus, illis similibus, an diuersi sint pro-
 pe Hepar à Lacteis. Sexta hora post pastum nulli
 Lactei, soli aquosi iuxta Hepar resplendent in
 strangulatis canibus, quibus etiam ligatis nullus
 humoris aquei motus obseruatur, quia nullus
 tractus vitâ cessante. Nodum igitur istum sectio
 viua soluer, quarta post pastum hora, ut vel chy-
 lum ibi vel aquam videamus. Si chylum, vel cum
 Lacteis deinde disparentibus aquosi ductus co-
 mitantur, vel chylo ad Hepar protracto, succe-
 det serum, quemadmodum per Thoracicas La-
 cteas chylos serumque ad Cor ferrit, tumque

p. 17. ab inferioribus inferentur aquosi ductus, & in
 glandulam medium, ex qua ad Hepar, & in Re-
 ceptaculum, ex quo ad Cor. Si sero tumidas ve-
 nas deprehenderimus, mutanda erit sententia,
 renunciandum Hepati ; dicendumque erit,

Vasa Lymphatica.

19

quam ex Hepate ad Receptaculum commare,
lacteisque hactenus ad Hepar deferti vias; nihil
esse præter ductus aquosos,

Ne inter ambiguas coniecturas diutius vacilantes in incerto luto hæceremus, viuam canis Anatomen aduocauimus quatuor horis ante pasti. Aperto abdomen viuo statim Hepar velut ad aruspicinam consuluimus, vidimusque ductus nostros novos annulatim Portam amplexantes, & quinque septemve ramulis Hepar ingredientes, eosque ad vesiculam felis pariter dispersos, neutquam candidos, sed more aliorum in artibus & abdominis recessibus à nobis visorum, translucentes limpidâ aquâ. Inter omnes insignis ramus erat bifurcatus unus ad Hepat recto tramite progrediens, nec alterius Lactæ apparabat vestigium ullum, licet in Mesenterio adhuc candicantes Lactæ conspicerentur. Ratus autem ob operationis tarditatem, oblato impedimento, effluxisse chylum Lacteum, & successisse illius in locum aquam, vel Lacteas disparuisse, vinculo iussi Venam Portæ cum Vasis his Lymphaticis prope Hepat constingere, ut, intercepto meatu parulo, aquæ cursum obseruarem manifestius. Ecce intumuerunt Lymphaticæ Hepat versus sati euidente sensu, præferrim animali sub tortura inspirante, non ita expirante. Portæ vena tumida emersit prope intestina; vacua verò qua Hepat spectabat, ex necessariis Circulationis legibus, quia sanguis Portæ Hepati solet inferri. Lymphaticæ, cum Portæ Mesenterij anfractibus immixte, tantum abest in tumorem eleuatae sint, ut conspectum nostrum planè fugent. Hinc cœr-

F ij

Thomæ Bartholini

14 tum indicium depropulsus Venas Lymphaticas, pro Lacteis haetenus reputatis, ex Hepate liquorem exportare, nihil hac via inferre, quod de Lacteis antea credidimus. Et quacumque hora aperiatur animal, apparebunt spect toribus eadem facie, accuratōquē discriminē à Lacteis in Mesenterio discernuntur, eodem tempore conspicuis, quod illa candida planè, nostra aquae

p. 20. coloris. Nec possumus exilitati causam obscurioris coloris imputare, siquidem venulae Lacteæ in Mesenterio multo sunt minores, aquosæ contrà iuxta Hepar crassiores, haec tamen suum seruant semper colorem, illæ tempore distributio-
nis candicant. Et omnino notandum Lympha-
tica haec vasa semper magis esse conspicua circa
Hepar, quam artus, quia hic saepem pinguedine oc-
cultantur, quæ nobis non raro conspectum illo-
rum ademit. Monendi sunt igitur quicumque
haec vasa sunt inuestigaturi, ut canes eligant ma-
cilentos, venaticos, vixque ossibus hærentes, &
si in pinguiuscule cane non semper offendant, ne
falsi dicam nobis scribant, exemplo nostro sa-
pius sectiones iterent, in primis sexta, septima,
octaua, decima, &c. horis post sumptum ci-
p. 21. bum, vel planè in ieiunis, quanquam & vestigia
apparebunt in nuper pastis.

CAPVT IV.

In Homine Vasa Lymphatica quæsta.

IN brutis Vasa Lymphatica sic nobis se appetuerunt diligenter inquietentibus. Acquiesceremus tamen inuenientis nec potui nec debui, antequam humana cadauera in consilium adhibuissem. Minor enim inuenti est gloria, nisi ad omnia animantium genera diffundatur. In immensum augetur, humanis visceribus stipatum, id quod ad futuros usus magnum momentum conferret. Rara sunt Naturæ mysteria brutis communia, humano verò geneti denegata. Fauere huic magis solet Natura Deusque, & in hoc compendio vniuerso contrahuntur. Cæterum non æqua in inueniendo felicitas. *Astellus* in brutis Lacteas venas inuenit primus, Receptaculum ductusque Lacteos Thoracis *Pecquetus*, motum sanguinis circularem *Harueius*, nec in homine quid tale obseruarunt, quanquam eadem illi inesse nemo illorum dubitauerit. Accedens aliorum diligentia suppleuit, quod primi desiderarunt. Lacteas enim Mesenterij venas in homine post alios reperimus & nos Hafniæ non tantum in Suenone Olai ex linguis bubulæ frustulo statim suffocato, sed in sex vertente hoc anno à me dissecatis, tam strangulatis quam decollatis, tam ante exsequias pastis quam ieiunis. Eadem nobis in Lacteo Thoracico inueniendo fe-^{p. 22.} licitas adspirauit, quod publico scripto testati sumus.

F iii

An igitur aquosos ductus sive suo complectetur homo seposita de Lacteis cura, placuit investigare. Postquam in brutis primum nobis vi-
saista vasa, quinque vel sex tadiuera humana se-
ctionibus nostris paruerunt, in quibus oculatissi-
ma diligentia nihil aquosum potuimus distin-
guere, aut vasa siue in artibus siue visceribus re-
splendentia, quemadmodum in brutis. In uno
solo fibrilla ad Hepar porrigebantur ichore quo-
dam emicantes, cum Porta ad Hepatis cauam
progredientes. Cur in homine inueniri difficulter possint, causam non unam habeo. Enimvero
exta humana in viuis inspicere humanitas pro-
hibet, & in Deum religio. Damnanda certè ea
foret curiositas, & quauis hostiam expianda. *Quin-
tilianum* si audimus: Actum est de genere hu-
mano, si nobis pro salute regri opus est morte al-
terius hominis, & penè ratio sanitatis intercidit,
si consumit Medicina tantundem. Fuere, teste
Celsus, qui crudele negarent hominum nocen-
tium & horum quoque paucorum suppliciis, re-
media populis innocentibus seculorum omnium
quæri, adeoque optimè fecisse Herophilum &
Erasistratum, qui nocentes homines à regibus ex
carcere acceptos, viuos inciderunt, considera-
runtque etiam spirito remanente, ea quæ Natu-
ra antè clausisset. Medicis Parisiensibus à Ludo-
uico XI. Galliarum Rege in milite id olim per-
missum, & *Vesalius* & *Carpus* ferinam hanc li-
centiam exilio expiarunt, quanquam pro tanto-
rum Anatomicorum defensione magis credibilia
afferat *Riolanus* in *Anthropographia*. Rectius ta-
men *Celsus* ipse iudicat, Crudele esse viuorum

¶. 24.

¶. 25.

Vasa Lymphatica.

17

hominum aluum atque præcordia incidi, & salutis humanæ præsidem artem non solum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam inferre, cùm præsertim ex his quæ tanta violentia querantur, alia non possint omnino cognosci; alia possint etiam sine scelere. Quapropter cum homines viuos incidere nulla religione aut licentia mihi concedi velim, mirum nemini videbitur, quod aquosi nostri ductus, nuper in brutis inuenti, conspectum fugiant.

Dices: Laetæas venas etiam in demortuorum corporibus conspicuas remanere. Cur de aquosis p. 26.
dubitas? Sed dispat omnino vitiisque conditio. Laetæa venæ præsertim Thoracicæ, in gelidis cadaveribus supersunt, partim quod musculorum compage non adeo premantur arctè, partim quod tunica illis sit robustior, & amplior vasis capacitas. Aquosæ contrà venæ tenuissimis vestiuntur membranulis, telis aranearum similibus, quæ euacuato liquore transfluente in totum euanescant. Sunt vero in homine, si sunt, musculosis artuum anfractibus ita immersæ, ut facile comprimantur, præsertim in corpore gelido & absente calore constricto, quo pondere articulæ exprimunt liquorem aqueum, & omnesui vestigium oblitterant. In brutis calentibus à recenti strangulatione, quia calore adhuc inflantur partes, compressionis huius nullus metus. Ad hæc artus illis ferè excarnes, liberioresque à musculorum operoso velamine, quo homo grandiaque animalia muniuntur. Non dubito quin facilius in recenti, & adhuc calente hominis cadavere, à strangulatione detegantur. In femina quam ape-

F iiiij

18

Thomæ Bartholini

rui nuper, vix euanuerat tempor. Recentiores ve-
re nemo libenter aggreditur. Terrent vestigia, &
redituros in vitam timemus. Exempla refert ali-
quot *Riolanus* corum, qui in Theatrum Anato-
micum deducti revixerunt. Nuperis annis Oxo-
niæ idem publica fama sparsit, & ipsa hac hyeme
Slegelius, Anatomicus Hamburgensis grauiter
decubuit, quod admotâ nouaculâ furciferum in

p. 28. mensâ Anatomica cum horrore viderit se mo-
uentem. Quippe facile spiritus reuocatur, non
rectè vitio seu carnificis, seu osseâ cartilaginis,
interclusus, si vel calidâ, ut moris est, abluatur
cadauer, vel leui cultri irritamento excitetur. In
hutis commodum aperiendi tempus suppetit
semper, sive adhuc viuentibus, sive à strangula-
tione calentibus, in quibus chorda faucibus ap-
pensa telinquitur, ne ad se redeant.

Alii effugiis absentiam vasorum nostrorum in
homine subducere non possum, nec enim indu-
cor ut credam maiorem aquæ in brutis esse pro-
uentum, præsertim canibus ex se calidioribus
siccioribusque. Sunt fateor in brutis particulæ,
quas homini inuidit Natura, in quo censu nu-

p. 29. metamus musculum oculi septimum, os triangu-
lare occipitis, cœci intestini amplitudinem, ossis
coccygis prolixitatem, panniculi carnosæ situm,
vteri cellulas, mammarum vberitatem, tunicam
Allantoides, & alia in Anatome occurrentia; Sed
tam certus sum quam qui certissimus, aqueos no-
stros ductus in homine adhuc dñitescere, lau-
demque inventionis illibatam aliis seruati. Excis-
abitur qui nostræ obseruationi ultimam manum
in homine sit additurus, cui tantum debebimus,

Vasa Lymphatica.

19

quantum nobis *Pecquetus*. Interēa cum bratis amicē transigamus, quia nobis tam beatis esse needum licuit, homines hac in parte fauentes inuenisse. Quidquid in illis curiosa manus adaperuit, posteritati sine inuidia tradam, quanquam needum demorsos vngues sapiturum. Quantum *p. 30.*
ex pluribus sectionibus colligere potui, in certam Methodum redigam, more nostro, ut paucis curiosi videant, & breui tabella, quod nos operosè quæsiuimus.

CAPVT V.

*Methodica Vaserum Lymphaticorum
Descriptio.*

Quo nomine signanda sint vasa nuper à nobis detecta, non facile ipse dixero. Fuere qui *serosa vasa* indiderint, quod serum continent. Non potui acquiescere huic nomenclatura, Serum enim, ut infra patebit, ab aqua hac limpida diuersum est, & serum alia sibi in corpore Receptacula elegit, supra signata. Vreteres sero ex renibus ad vesicam deferendo destinati, *p. 31.* ab his prorsus differunt, substantia, colore, contentis, & distributione. Vreterum enim tunice crassiores, color candidus quidem, sed non transparentes, contentum serum nunquam in ductu substitut, denique distributio varia sive terminum à quo, tenet, sive ad quem, vesicam consideres. Si igitur cauitatem oblongam spectemus liquori continendo aptam, & *vasa* appellationem latam,

20 *Thome Bartholini*

& *venae* pressioem merentur. A contenti liquoris conditione, seu limpida aqua & lympha, descendunt vasa seu *Lymphatica*, seu *Aquosa*, prout cuique libido fuerit. Si denique extenuum splendorem illustrem, hydatidibus & mulum contempleris, nescio quid cause subsit, cur non *Vasa Cystallina* condigno meritis titulo nominentur.

P. 32. Nos nulli nomenclaturæ adstricti, sine discrimine & his & illis-appellationibus dignabimur, donec commodiota alijs monuerint.

Exortus Lymphaticorum vasorum est ab extremis partibus seu artibus, & visceribus, Hepate nempe, ex quo cum ramis Portæ prodeunt, vesicula fellis, &c. Quia parte verò ex artibus prodeant, an à venarum extremis, vel musculis, necdum oculus assequi potuit, ob vasorum subtilitatem. Coniecturæ si quis locus, à partibus nutritijs debent emergere, ob usum postea asserendum, quanquam nec à venis capillaribus impossibilis sit exortus. Qui in nervis circulationem admittunt, nullam commodiorem hic viam

P. 33. inuenient, quippe subtilissimos spiritus in splendidam aquam resoluti quotidiano in alembicis experimento constat, tumque ex nervorum summis particulis progrederentur.

Insertio duplex. Alia inferiorum vasorum, superiorum alia. Distinguimus hæc experientiam sequuti: Latè enim disseminantur, & truncum cum artibus suo ambitu inuolvunt. Vasa aquosa infra septum medium enata inseruntur in Receptaculum chyli seu glandulas nouas chyli, quotanquam in aliud limpidam suam lympham effundunt, ut porrò recto ad Cor tramite per

Vasa Lymphatica.

27

Thoracicas Lacteas deducatur. Quæ verò supra Diaphragma ex arteriis trahunt originem, in Iugularem externam sive axillaris concursum in- *p. 34.* grediuntur. Vnde truncum nullum habent, sed ex partibus diversis hinc inde veluti riuiuli salientesque fontes separatis originibus ad fluuios duos tendunt, glandulam nempe medium Lacteam, & axillarem venam, ut in communem Cordis oceanum pleno gurgite exundent. *Substantia,* est tenuissima pellicula pellucida, instar telæ aranæ subtilis, ut leuisimo vulnere, & tactu rumpatur. Hinc est quod effusa limpida aqua statim dispareat, quia applicantur membranulae illius venis subiectis, ut discerni nequeant etiam à Lynceo. Non memini tenuiorem in corpore partem, si piam in cerebro matrem excipias, quam æmula substantia refert. Sicut per piam meninges transparent cerebri gyri, colorque, leui offensa dilacerari aptam, sic per nostra vasa fragilia li- *p. 35.* quor contentus cernitur. Hinc aquosarum ve- naru[m]

Color est hydatidum, crystalli instar resplendens, quamdiu liquore suo repletæ sunt, inanitæ non videntur. Lacteæ euacuatæ fibrillas visu conspicuas relinquunt, nostræ cum liquore in auras videntur euanescere, ut præter venas sanguinifluas nihil comparet. Quæ causa est, quod hactenus in cadaveribus obseruatæ à nemino fuerint.

Figura vasorum Lymphaticorum interna ca- ua est, venarum aliarum more, externa variat. Maxima pars annulari forma venas ambiant, hederæque instar amplectuntur, per tenuissima

22 *Thomæ Bartholini*

filamenta illis alligata & connexa. Quædam rectæ prope Hepar, & in axillaribus, exprimunt egestatem fluminum anfractuosos, alueos, quibus per apertos campos sinuoso tramite currunt errantque.

Valuula tenerissimæ texturæ ingressui in axillarem supra præponitur, quæ regressuræ aquæ obstat. Eaque sola obseruari potest. Non dubito quin alibi quoque venis aquosis apponantur valvulae, siquidem ne flatum admittunt versus extrema immissum, ob tunicæ tamen subtilem contextum cultro Anatomico separari non possunt.

Magnitudinem, quanquam in subiectis pro animalium diversitate variet, in singulis tamen accurate demetiri nescias. Pars enim latet, & conspectum fugit. Quas inuenimus cognitisque habemus, exiles sunt & angustæ, styli mediocris *p. 37.* crassitiem admittentes. Vinculo tamen interceptæ ingrossantur, & imploræ distenduntur. Prope Hepar crassiores, quia sanguis in illo copiosior. Quod verò magnitudini vasorum deest, supplet.

Numerus, qui in abdomen initi vix potest. Iliacum tamum plurima ambiunt. Mesenterium ingredientia augentur. Ex Hepate quinque vel septem vtoplurimum ramuli in Portæ amplexibus excunt. In anterioribus prope axillarem unicus ferè virinque ramus conspicitur.

Situs & Progressus Lymphaticorum vasorum, ut nihil ad perfectum Historiæ nostræ ordinem desideres, iste est: In superioribus artubus ad latus venæ brachialis sursum repunt cum venâ ipsâ cruenta, cui firmiter annexuntur, per-

guntque cum eadem ad axillarem, in quam exiguo osculo patent valvula munita. A cruribus ^{p. 38.} eodem modo permulta descendunt, sive venæ cruralis & Iliacæ, quam ambiunt modò arctè, modo laxè, circulorum instar, progrediunturque ad Mesenterium, ibidemque cum Portæ ramis in glandulas inseruntur, via oculis haud satis conspicua. Ab Hepate quoque & vesicula fellis eisdem Portæ societate per eandem viam decurrunt.

CAPVT VI.

Humer in Vasis Lymphaticis contentus, eiusque motus.

Contentum liquorem expendamus. Venæ cruorem vehunt & arteriæ. Læteræ chylum. Viatorum serum. In nostris vasis Lymphaticis planè diversus liquor & colore & consistentia detinatur. Liquor inquam limpidissimus, sine coloris tinctura, sine odore, aquæ purissimæ persimilis, qui per tunicae subtilitatem crystalli instar transparet. Ita est profecto, microcosmus cum maiori mundo de perfectione certat, nec in aquatum varietate illa parte cedit. Sunt aquæ in Oceano salæ, sunt & in flaviis fontibusque puræ & saporis expertes odorisque, splendidiores vitro, quibus Naiades & Ephydrides, Nymphae purissimæ praefidebant. Nolumus has extra nos sollicitare. Nymphas corporibus nostris claudimus, & Naiades in Venis Lymphaticis, si super-

stitiosis esse liceret, venerarepmur. Serum salsedis
ne notum & vesica excipit, & pori corporis ex-

¶. 40.

cludunt. Reliqui ichores Medicis celebrati, vel
sanguinis sunt crudi, vel corrupti. Nostra aqua
limpidissima, sui generis, nec corrupto sanguini
ottum debet, nec crudo, siquidem in omnibus &
ferè semper per Naturam venas nostras nouas
percurrit. Negat quidem *Galenus* terram vsquam
videri per se solam in corpore nostro congrega-
tam, aut vsquam aquam, sed ichoras esse quos-
dam, factos ex mixtione elementi aquei & ignei:
Cæterum venia dignus est, quod hæc cum aliis
exinde inuentis, ignorauerit. In cunabulis tum
volutebarunt Anatomica, nunc quotidie ado-
lescit. Nec planè errauit. Aquæ enim nostræ
igneus calor à corpore viuente imprimitur.
Quod addit, neque hos ichores semper solos, sed

¶. 41.

sæpe auctos crassimento terreo seu fuscuento;
vel dubitate coëgit de aliis necdum visis, vel de
consuetis ichoribus explicandum.

Non leue dubium hinc emergit, *Vnde limpi-
da hec aqua per canales nostros nouos deportata,
deriuetur?* Quantum ex humorum cursu natura-
li à nobis obseruato, & Vasorum lymphatico-
rum progressu conjicere possumus, à partibus nu-
triendis sive Hepate, vesicula fellis, sive arteribus
extremis prouenit. Hinc non absque veti specie
dixeris, à singularum partium priuata concoc-
tione aquam separari peculiatis vasis expur-
gandam. Inest enim ut alimentis, ita sanguini
aquæ elementum, quo diluitur, quod separati in
concoctione partium necessariò debuit, quia in
substantiam earum non cedit. Aqua certè quo

¶. 42.

purior, tanto ad alendum magis incepta, quam O. - P. 42.
ribas in Collectaneis non alete, sed vehiculum tantummodo alimenti esse, ex Hippocrate
& ceteris praestantissimis Medicis probat, ob
eamque causam nec posse vitalem facultatem ro-
borare. Pisces quidem apud Rondeletium in va-
sis vitreis aqua plenis, nutriti fuere, & toto trien-
nio vixerunt. Si credimus Alberto Magno, Melan-
cholicus quidam per plures hebdomadas, sola
aqua vitam sustentabat. Alia puella in Hispania
per plures annos, solo aqua vixit, inediem tolera-
uit, teste Rhodigino. Sed notandum aquas has
puras non fuisse, verum mixtas, quales in usum
nostrum trahuntur, de quibus, an nutriant, di-
sputant Eruditi. Abstinentium vero exempla pa-
sim decantata, meritò sunt suspecta, quanquam
& huius ratio reddi posset ex insito principio, si
hoc ageremus. De aqua res est certissima. Vnde
in Hydropicis, sero abundantibus, nullam con-
coctionem Medici aut sperant, aut exspectant,
sed nulla interposita concoctione expurgant.
Quid ex lympha nostra, sero simpliciore, confi-
ceret facultas partium concoctrix? Optimo po-
tius consilio pro illa expurganda constrictis vasis
sollicita fuit Natura. Ne puram dubites, fon-
tium excute generationem. Per subterraneos cu-
niculos marina aqua variis anfractibus percola-
tur, admixtaque salis partes velut per cribrum
deponit, salisque demum dulcissima lympha. Pa-
ria in animantibus molitur. Cum sanguine ar-
terioso ad partes nutriendas per arteriarum fistu-
las immixta aqua, sed non ita à cruris conta-
gio libera, defertur, hinc utili alimento à parti-

P. 43.

P. 44.

bus separato & attracto, sola aqua linquitur per singulatus ductus ad mare iterum aliquod emana natura. Sola igitur percolatione aquosus liquor depuratur & secernitur in statu Naturæ bene se habente. Quo discrimine ichorum productio nem ab hac linea separo, quos *Aristoteles* à sanguine deducit, aut nondum concocto, aut in serum per corruptionem reducto, de quibus, ichore neimpe miti & acri Collectanea C. Hofmanni euoluenda. Nostra à bene concocto cruento ex stillat, nec per corruptionem secreta, nisi corruptionem vocemus, sanguinis in partium nutrimentum appositionem. Ea quia continua esse debet, ob continuam absorptorum necessitatem; inde omni ferè tempore Venæ Lymphaticæ conspicuæ munere suo defunguntur. Anticipites enim & dubij an pro variis chyli distribuendi momentis, vel apparerent nobis hæ venæ, vel occultarentur, animalia & pasta & iejuna eviscerauimus, modò quatrâ post sumptum cibum horâ, modò sextâ, septimâ, & sic porrò, nec defuisse animaduertimus, magistamen copiosiusque conspicuas in iejunis & longius à primis ciborum horis remotis.

Quæret nouarum rerum curiosus, quod tandem cursum dirigat lymphæ, vel in quam corporis partem liquorem limpidum effundant descripta

2.46. *a nobis & nuper inuenta vasa? Verbo me expediam. In Cor tanquam Oceanum limpidas vndas exonerant. Ex axillari cum sanguine reffluo Cor petere, dupli experimento nobis persuasimus.*

i. Ligaturâ. Vinculo enim in artubus anterioribus constricta vasa, versus axillarem Venam & Cor ipsum,

Vasa Lymphatica.

25

sum, flaccida apparuerunt, at versus extrema at-
tuum conspicuo tumore eminebant. 2. Folle.
Aperto ramo lymphatico fistulam immisimus,
& adacto oris spiritu dictum factum axillaris
cum Corde appenso leuiter mouebatur. Ex infe-
rioribus quoque circa Iliacos ramos ligata vasa,
magis conspicua, inaniebantur qua parte Me-
senterium spectabant, tumebant verò qua artus
aduerso sitū respiciebant. Quod & de Hepatis p. 47.
vasis suprà annotatum. Ex Mesenterio Recepta-
culum chyli iuncto studio omnia inferiora ruc-
re, id indicium habeo, quod illis inanitis &
euanescientibus, Receptaculum splendente lym-
pha, non chylo, turgeat. Quin ipsa Lacteæ Tho-
racicæ expulso chylo, acceptaque à Receptaculo
lympa, more Lymphaticorum vasorum re-
splendent aqua plenæ, quam exsiliare videbis, si
leui vulnere pertundantur. Ex his demum Tho-
racicis eadem viè rectitudine Cordi transmitti-
tur, qua antea chylus.

CAPVT VII.

Vsus Vasorum Lymphaticorum.

VSUS Venarum Lymphaticatum esse potest,
1. Ut nutritandas partes onere inutilis sibi
aque leuent. 2. Ut aquam aliis partibus certos in
fines apportent, in primis Cordi, siue ad sanguinem
alioquin crassiorum non nihil diluendum, si-
ue calidiorum temperandum, siue ad sanguinis
concoctionem promouendam. Inter ea & chy-
G

28

Thomæ Bartholini

lum in Mesenterio & Lacteis ductibus fluxilem reddunt, quia aqua in vasis suis prope Hepat & Iliacum copiosè redundant in chyli distributione. Forsan extrahitur contingata aquæ circulatio, quidquid adhuc utile esse posset, velut crebris distillationibus, amandaturque tandem, ne Sisyphi saxum volvamus, sero permista lympha sive ad tenes, sive corporis habitum. 3. Multotum in corpore accidentium causam reddant expeditiorem.

P. 49. Aucta aquæ huius copia in venis Lymphaticis, sicut in scorbuticis & Melancholicis, sudores copiosi erumpunt, totoque sepe corpore diffluunt. Eadem in Venæ sectione cum sanguine excernitur, & in pelvi separatur, vulnus enim lancetæ ad hæc quoque vasa venis imposita penetrat. Transudat illa ad pericardium, & varia in corpore molitur pro vario statu seu fano seu morbido. Quispondebit non ad tenes quoque partem illius ob viciniam deduci immideatè. Illustrum planè in hydropsis generatione nobis usum prestant. Quantum mente assequor, obstructis venis Lymphaticis, quando liquor renuis à partibus non separatur, oritur Anasarca

P. 50. vel Leucophlegmatia, vel quando impedito per has transitu, ad venas ire cogitur, Ascitidem excitant, vel quando ob tenuitatem tunicae à copia vel liquoris acrimonia, vel incumbentibus gravioribus rumpuntur, corrumpunturque, in cavitates vicinas seu abdomen seu thoracem effluit aqua, maximi morbi causa. In inflammationibus, calida tortius temperie assuntur facile & exsiccantur, vnde astuatob humiditatis huius defectum ebulliens sanguis, & ad febres ardentes produ-

Vasa Lymphatica.

29

cendas operam conferunt infelicem. In cachectis & hydropticis s̄epe ex partibus expressa aqua h̄c limpida vesiculis excipitur. In pororum Mesenterio frequentes h̄as vesiculos obseruauit *Platerus*, referente *Sibenckio*. Idem ex *Ioanne Aicholtzio* de femina hydrorica narrat à se dissesta, aquam in abdomen nullam compatriuisse; sed intestina, vna cum reliquis visceribus, p. 51. angusto spatio contenta apparuisse, ipsum vero abdomen à cure ad peritonæum quasi alba pinguedine dumtaxat contextum videbatur, vesiculos crebrioribus, maioribus minoribusque aqua limpida refertis, inuicem cohærentibus. Eisdem vesiculos splendidas in capreæ sylvestris Hepate frequentes notaui.

An humor in articulis hinc deriuetur, inquirendum. Si affirmantes inuenierim, ad motus quoque necessitatem h̄ec aqua nostra conferet. Certe attus, ubi frequentia h̄ec vasa, à motu perpetuo cursantium canum & lassantur multum & exsiccatur, nisi à liquore huius modi obliuantur. Alias nouarum venarum utilitates, & commoda ad communem mortalium salutem, p. 52. aliis relinquo accuratori iudicio pensanda. Nobis inuenisse satis fuit, & aliis non inuidebimus accessionis qualiscunque gloriam. Quin maiora incrementa & progressus sit habitum cum etate inuenatum nouum, nulli ambigimus, si ingenij & diligentiaz suaz census huc contulerint Anatomi, quos publicè ad Naturæ istud miraculum quanto possum opere inuito, ea lege, ne vel nondum visa condemnent, vel obseruata spernant. Optimè *Tullius*: In re noua atque admirabili.

G ij

30 Thome Bartholini

inuestigito, si potes, si nullam reperies causam,
illud tamen exploratum habeto, nihil potuisse
fieri sine causa, eumque errorum, quem tibi rei
nouitas attulerit, Naturæ ratione depellito.

CAPVT VIII.

*Post innentia Vasa Lymphatica, Hepatis
Exequia.*

Debemus meritis magnorum Vitorum, qui
onus Reipublicæ cum laude sustinuerunt &
plurimorum emolumento, ut quam Natura im-
mortalitatem denegauit, nos repetita memoria
& rerum præclarè gestarum recordatione præ-
sternus. Quod officij & pietatis opus Hepati no-
stro Reipublicæ humanæ lactenæ præfidi non
postremo, libenter soluemus. Eius iam funus
effertur, quod è dignitatis sua fôlio detrusum,
inferiorem conditionis statum ex necessitate ele-
git. Minabitur illi ante plurima secula *Aristo-*
teles, & insidias struebat, quas tamen prudentia
Galeni, & quotquot huic se addixerunt, declina-
uit, conservauitque se in præsens tempus, quo
magnis capitibus ruina imminet, sartum teatrum
que. Ex innentis enim à se Lacteis Thoracicis ad
axillarem corque tendentibus, *Pecquetus*, mi-
serum Hepat ab officio sanguificationis remo-
uit, quia ad Hepar Lacteas ferri nullas obserua-
uit, statimque in exitium visceris laudati plures
complices inuenit & conspirationis socios. No-
hui ego veterantum viscus de ponte leuem ob cau-

p. 54.

Vasa Lymphatica.

nam dehicere, sed pro antiquitate eius, & conseruatione varia molitus sum. Partitus sum munis Cordis & Hepatis in opere conficiendi sanguinis, quia ad Cor Lacteas Thoracis, ferti obliterari, & ad Hepat nonnullas. Ad Hepat enim vel ex Hepate propagari ramulos, exiles negari non potest, & tot viderunt, quot accurate sectiones animalium instruerint. Monstrari semper possunt, mirorque nuperos Hepatis aduersarios antea visa in dubium vocare. Si Lactei non sunt, si ad Hepat nihil deferunt, debent aliquid memorindere, alium usum designare, necuriam in inversum negare, cuius progressum & usum ignorabant. Igitur liquidem vascula connalla circa Hepat semper obliterari, hanc usque pro Lacteis habui, iure iusto, donec aliud persuaderet Naturae fautor, chylum ad Hepat partim distribui, partim ad Cor existimauit. Nam vero quia primis nobis Hafnia tam nuper licuit esse ochalatis, ut quid sint vas illa exilia, unde prodantur, quem usum praestent, in animabibus diligenter euiscoratis, inuestigauerimus; nobis autem antiquae opinioni obscurius inherere, aut libantes Hepatis derelicti partes diutius sequi. Vidi mus quippe vas illa prope Hepat, suis esse generis, a concreto liquore. *Lymphatica* non bis dicta, ex Hepate ad Receptaculum aquam inferre, ligataque intumescere prope Hepat, adiuvata vinculi parte inaniri, similiaque esse & substantia & colore & contentis & usu, illis quae ex artibus & infimo ventre alias primi aperuimus. Hoc inuento nouo spe omni sanguificationis excidit tot seculorum applausu decantatum He-

G iii

32. *Thome Bartholini Vasa Lymphatica*

par, quod ne Salus ipsa seruat amplius. Dolui quidem vices laudati visceris, sed communi fragilitatis humanæ solatio, & incertis lubricæ for-

p. 57. tunæ ludibriis quantum potui erexi, bono animo esse iussi, par cum maximis Heroibus fatum versare, esse vices crescendi & decrescendi, nativitatis & exsequiarum, natos omnes ad interitum destinari, & immutabilem omnibus esse legem ut sint mutabiles, fato omnium imperiorum vices volui, & præfinita Rerum publicatura esse decrementa: Ad laudem facis esse & immortalitatem tot seculorum imperium meliorum suffragis & plurimorum negligentia vel meruisse vel obtinuisse. Bili separandæ primariò siquidem ablegatur, hanc non in me euersi imperij & principatus autorem euomat, sed in Superos, in cæli omnia nuper visa, quia

Nunquam spectatum cæli impune Cometes,

sed in Naturam, quæ obsequij reverentiam negat, sed in Pecquerianos, qui sine iusta causa se-

p. 58. ditionem nuper mouerunt. Ego interim antiquæ venerationis memor, ne sine publico monumen- to tot seculorum abdominis nostri Rector, igno- tus iam busto inferatur, in perpetuam bene feliciterque per bis octo secula administrati cruenti imperij memoriam, donec Panegyris condatur, hanc ultimæ deuotionis *Inscriptio tumulo illius consecraui:*

U. D.

SISTE. VIATOR.
CLAUDITVR. HOC. TVMVLO. QVI
TVMVLAVIT. PLVRIMOS.
PRINCEPS. CORPORIS. TVI. COCVS.
ET. ARBITER.
HEPAR. NOTVM. SECVLIS.
SED.
IGNOTVM. NATVRÆ.
QVOD.
NOMINIS. MAIESTATEM. ET. DIGNITATIS.
FAMA. FIRMAVIT.
OPINIONE. CONSERVAVIT.
TAMDIV. COXIT.
DONEC. CVM. CRVENTO. IMPERIO.
SEIPSVM. DECOXERIT.
ABI. SINF. IECORE. VIATOR.
BILEMQVE. HEPATI. CONCÈDE.
VT. SINE. BILE. BENE.
TIBI. COQVAS. ILLI. PRECERIS.

... SIBILIS GAILO
CETAVITAR HOC TAVMIO QVI
TUMAVATI HAVRIMOS
PRINCIPIS CORUOIS TALI COCAS
ET ALBITER
HYPATI NOTAUM RECAUTI
GLOD
GENOTAM NATALI
NOMINIS MAMSTATER ET DIGNITATIS
TAMM TIRMATA
CONIIOND CONSAYATA
TAMDIY COZIT
DONIC GAW CIRVAN O IMPERIO
SIRASAUW DCOZERIT
ABI ZINE DECORE TALOL
BITEMOAE HAVAT CONCIDIE
AT SINI SINI DEINI
THI COGAVS HESI PRICCIUS

OBIU Sante
THOMÆ 6.
BARTHOLINI
DOCTORIS
ET PROFESSORIS REGII,
DVBLIA ANATOMICA
DE LACTEIS
THORACICIS,
Et an Hepatis funis immutet
Medendi Methodum.




PARISIIS,
Apud Videlam MATHVRINI DV PVIS,
via Iacobæ, sub signo Coronæ Aureæ.

M. DC. LIII.
Cum Privilégio Regis.

GVIDONI
P•ATINO,
BELLOVACO,
DOCTORI MEDICO
PARISIENSI,
Planè Eruditio,
Nuper Decano,
Amico Veteri
L. M. Q. D.

THOMAS BARTHOLINVS.



 THOMÆ BARTHOLINI
 DE LACTEIS
 THORACICIS
 DVRIA
 ANATOMICA.

CAPVT I.

Vasa Lactea in Mammis.



VÆ post Pecquetum de Lacteis
 Thoracicis inueni primum & p. 1.
 demonstrauit, typis præteriti an-
 ni leguntur impresa. Nunc da-
 ta per nouum Venarum Lym-
 phaticatum inuentum, nostra
 diligentia debitum, occasione, quicquid Lacteis
 Thoracicis porro illustrandis operæ conferti po-
 test, lubens impendam, breuiter hic signandum.

Hærebat animus in Lacteis ad Mammam de-
 ducendis, & vrerum. Sunt quæ persuadeant v-
 eriusque necessitatem. Sed quia necdum expe-
 riencia litem diremerat, rationibus in medio re-
 lictis, ad solam illam prouocavi. Lactantes ig-

Thomæ Bartholini

P. 2. tur feminas humanas, brutasque & grauidas sedulo quæ sitas inuentasque aperiuius. Quid singulæ ad dubium contulerint, brevibus edisseram.

Femina iuuençula, sana nec indecoro corpore, sed in necanda prole animo crudeli, sexta post partum hebdomade nuper comprehensa, capite plectitur, mihi que ad Anatomen Augustam conceditur. Statim sub recto abdominis musculo Anastomoses adeo decantatas intet vasæ Mammaria & Epigastrica inquisiuimus. Sed, quod in masculis semper apparet, nullas inuenimus. Ramuli utriusque transuersum amplius digitum à se remoti, nec vasæ præter solitum distenta, quamquam & recens fuerit à partu & adhuc lactans. In intestinis Lacteæ Venæ cum glandulis nostris nouis Lacteis conspiciebantur; sed ad uterum ferri villas obseruare nequiviuimus. Vena spermatica dextra à trunco oritur, ut & arteria, quæ in itinere medio anastomosis iungebantur antequam testiculos variis anfractibus eleganter ingredierentur. Ipsi testiculis viridique satis magni, vasilibus externisque rotunditate nihil cedentes, copioso sero in vehiculis levabant, admixta puri æmula materia. Vesperriliorum alis pampiniformia vasæ exigua inspargebantur, ad Tubas porrecta. Tuba aperte separata membranâ, netuulo simile corpusculum condicans imperium ad uterum transmisserunt, cui netuo continuatur erat aliud rubicundius corpus crassiusque vesiculis seminaris in Viris respondens, seroso humore plenum, & ad finem cœcum definens. Fungosæ uteri substantia plurimi foraminulis erat pertria, qua oscula sunt ser-

P. 3. num alis pampiniformia vasæ exigua inspargebantur, ad Tubas porrecta. Tuba aperte separata membranâ, netuulo simile corpusculum condicans imperium ad uterum transmisserunt, cui netuo continuatur erat aliud rubicundius corpus crassiusque vesiculis seminaris in Viris respondens, seroso humore plenum, & ad finem cœcum definens. Fungosæ uteri substantia plurimi foraminulis erat pertria, qua oscula sunt ser-

de Lacteis Dubia.

3

capita vasorum, Acetabula Anatomicis dicta, sanguinem ad foetum deferentia; his enim per fistulam inflatis, eleabantur vasa testiculis subiecta ex deferentibus. Ad laterales cervicis uteri partes utrinque & posticas magni ex hypogastricis venis arteriisque rami diffundebantur.

Nec alia via nobis oculatissimis visae per quas chylus ullus seu colliquamentum ad uterinum corpus posset peruenire, nisi ad porositates confugiamus. Patet enim in prægnantibus uterus distentus, & per poros parentes tum attrahit facilis, quam alias in se contractus. Unde forsitan ob viciniam & chylosorum in abdomine vasorum & Lymphaticorum, similem liquorum nutrimentum imbibit. Nisi id successerit, non video quid in defensionem magnorum Vitiorum dici possit.

Pro Lacte in Mammis solliciti, eas aggressi p. 4. sumus eadem cultri acie. Separata pinguedine, qua glandulae immersæ latebant, in conspectum prodierunt infinitæ minores glandulae, inspersis hinc inde lineis candidantibus. Papillam Lacteum tubuli satis tumidi decem pluresve circuli in motum ambiebant, lacte pleni, quorum singuli in varios diuisi ramos progrediebantur desinabantque in glandularum extrema, ut ex figura Lector ad oculum videbit, quam subiungam.

Nullum venæ rubræ vestigium, nisi quod ex circumfusa pinguedine exiles rami emerserint, & ex pectorali musculo, circa medium ferè, maior venæ ramus ex Thoracica ingredieretur. Remoto tamen pectorali copiosius apparebant vasa sanguinea per exteriora repentina, ex Thoracicis. Certè Thoracica ex axillati prouenit, in quam

6 *Thome Bartholini*

Lactea nostra desinunt. In hac vero feminis iuuencula, propter nimiam pinguedinem Lacteum Thoracis vas ægre discernebatur, quanquam in Mesenterio cum glandulis nostris nouis comparuerint Lactez.

In brutis paria tentauimus. Canem prægnantem sexta post partum hora, cui scerauimus. Par-

- p. 6. tus breui videbatur imminere. Resecta igitur cute pilosa cum Mammis glandulosis secundum longitudinem protensis, apparuerunt vasa Maria-

maria externa glandulas subite.

Per panniculum carnosum venas quampli-
mas comitabantur fibræ Lacteis simillimæ ab ex-
tero Thorace prouenientes, quales in aliis quo-
que canibus obseruavi, sed neuos credidi, qui-
bus ad motum & concussionem panniculus indi-
geret, siquidem iis resectis nullus humor exstillance
visus. Ad uterum multiplicem copiosa vasa san-
guinea turgentia diffundebantur, nulla Lactez.
Placenta uterina singulis (octo autem gestabat)
catellis cinguli instar circumtensa, viridi colore.
In chorio membrana liquor flauescens utrinque
haud absimilis, in amnio candidior. Ipsi catel-
li aquæ huic innatabant ore aperto, & linguis
nonnihil exertis. In ventriculo catellotum humor
illi similis qui in amnio concludebatur, in inte-
stino crasso solida excrementa. Quod haec tendant
ex Historia de Lacteis qui quis diuinet.

In catellis dissectis singulare notauiimus, pre-
ter umbilicales arterias, venam umbilicalem &

- p. 7. vrachum, duos alios funiculos minores tenuio-
resque ex umbilico progredi ad Mesenterium, il-
liusque centro ferè infigi, quod & obseruatum

video Anzotio, Viro Erudito, in Epist. ad Perg.

Hinc lactantis canis consuluiimus exta. Vtrinque in abdomen tres papillas habuit, vnam in Thorace sed exilem. Interiori loco sub pilosa pelle vtrinque per vniuersum abdomen glandulosum corpus protendebatur, continuum fermè à sterno ad pubem lacte scatens, venulisque sanguineis inspersis. At per quas illuc vias lac produceretur, inuestigate oculorum acies nequivit. Inter glandulas quidem & musculos abdominis diffundebantur vasa sanguinea ad Mammam, & cum illis candicantes fibræ sine succo, iisdem ductibus gyrisque intortæ, quas tamen pro Lacteis venditare non ausim.

CAP VT II.

Observationes quedam de Lacteis Thoracicis.

Historiæ Lacteorum nostrorum pauca ex posterioribus obseruationibus addamus. *p. 2.*
Quæ typis signauimus vera semper inuenimus. Glandulas tres pluresque sub Mesenterio Lacteis & ductum Lacteum Thoracicum ad axillarem sinistram protensum, constans seu hominum plurimumque animalium sectio firmavit. In una sola femina cane bifidum semel inueni, & ad utramque axillarem inseri.

A Receptaculo etiam bifidi, circa octauam dorsi vertebraam peculiari modo vnit, quippe à sinistro Thoracico ramus dextram versus extendebatur, præter illum qui ad sinistram vergebat, & sub œsophago sursum asperam arte-

8. *Thomae Bartholini*

riam obliquè transcendebat ad axillas. Circa quintam vertebram alias ramus ingrediebatur sinistram Thoracicam, qui à Receptaculo dextrorum venerat, cruciatimque alteram supergrediebatur. Vtique hic ramus amplius quidem, minor tamen quam si solitarius more consueto, subclaviam intrer. Ita variis modis ludit in Thoracicorum progressu Natura.

Nuper admodum obseruauit in cane prægrandi inter quintam & sextam vertebram Thoracicum Læteum solitarium, Isthmum quasi effor-
masse, per quem arterię transcurribant. In eo-
dem poro cholidochus inusitatę magnitudinis
intestini capacitatem equabat ab Hepate ad due-
denum protensus, cuius exteriorem tunicam ve-
nulę frequētes & Lymphatica vasa nostra perre-
ptabant. In aperto poro obseruatus callus circa

P. 9.

intestinum, quo impeditus fuit sellis ad intestina
transitus, eaquę causa retenę bilis in tantam am-
plitudinem extendet, & si ex hominum genere
fuisse, Icteri turpitudinem induxisset. Varij ra-
mi in illo conspicui, quibus ex Hepate producē-
bantur, totque foramina in Hepar patentia hi-
bant, quot lobis numerabantur. Ceteris vesiculæ
in communem potum patula digiti crassitatem
admisit, vbi ob distensionem nūmiam valuulæ
obliteratae. Reliqua in hoc aliisque obseruata
Naturę rara, ex Historiis nostris Anatomicis Ra-
tioribus breui per Centurias edendis, Lector cu-
riosus peret.

CAPVT

CAPVT III.

De Vſu Lacteorum Thoracicorum Ioannis Riolani sententia examinata.

CVm Pecqueto chylum Cordi inferti concessimus, ibidemque in sanguinem mutati. At *Io. Riolanus* in nupero examine Pecquetianæ obseruationis pag. 187. negat chylum per Thoracicas ad Cor vergete ut in sanguinem mutetur, sed aliam huius itineris diuinavit rationem, siue ad materiæ fibroſæ productionem in sanguine, quæ sanguini injiciat remoram, nec in Hepate generari potest, vbi uniformis fit sanguis; siue ut chylus iste trunco Cavae infundatur, quo sanguinis portio ex permixtione chyli crassior facta hæreat Cordi, & instar fermenti calidioris & acidiortis inferuat ad elaborationem noui sanguinis arteriosi.

Hæc summa est fusæ & eruditæ *Riolani* dissertationis in paucas contracta lineas. Certè Vit ille summus & quauis corona dignissimus, chylum in Corde transmutari, debebat negare, si quidem antiquum Hepati munus sartum rectumque voluit conseruare. Igitur laudanda est tanti ingenij promptitudo in novo hoc vſu inueniendo, & passim perspecta. Si dissentire à veterano Anatomico liceret sine offensa, existimarem nullæ remora indigere sanguinem, potius incitamentum esse addendum, ne vel vitium capiat, vel partes idoneo alimento defraudentur, quo continuus Cordis & arteriarum motus conspirat.

Quod si cursus sanguinis tardetur p. n. vitio
H

Thomae Bartholini

quodam vel crassi sanguinis, vel Cordis mitten-
tis, vel denique partium recipientium, omni co-
natu defectum istum supplere & emendate Me-
dicus tentat. In Hepate certe, in quo solo cum
veteribus sanguificationem defendit, eadem re-
mora, si necessaria, induci posset. Non ibi vni-
formis generatur sanguis, quia in illo ruder fit
sanguinis elaboratio, in Corde demum calore &
motu accedente, perficiendi. Nec vniiformis in

P. 11. Hepate esse potest, siquidem chylus heteroge-
neus, qui tam in Corde aequalitatem sanguini
conciliaret, quam in Hepate.

Rarò sine publico detimento chylus crudus
sanguini cocto permiscetur, nisi ille idem in
Corde proximo mutetur; antequam ad corporis
nutrimentū amādetur. Hoe nihil nisi sanguificatio
quam in Corde concedere cogimur, quia chylus
per axillares Cordi infusus ad Hepar non perue-
nit, nisi finita circulatione. *Autoribus* si adhibe-
amus in consilium, res erit clarior. Venæ Lacteæ
Thoracis non semper chylo turgent, nec omni
hora eundem axillaribus infundunt, sed quamdiu
chylus à Receptaculo & ventriculo subministra-
tur, durante nempe distributionis termino.

Exinde enim deficiente chylo succedit liquor
aqueus, quo absumpcio, inanes conspicuntur.
Iam causam mihi dicat ingeniosus, cur distribu-
tionis tempore sanguis indigeat remora, vel cras-
fioris substantiæ mixturâ. Projecto omni tempo-
re sanguis debebat temperari, si à chylo tempera-
mentum dependeret, quia omni momento par-
tes nutritur sanguine per continuam circula-
tionem delato.

de Laetis Dubia.

11

Hæc maximè probabilis visa fuit sententia Cl. Riolano, quam minus vero similem iudico. Alias quidem coniecturas superaddit, pro quibus non æquè pugnat. Nempe 1. Ut circa diremptus truncus Cavae, ubi Venæ Letæe admittuntur, sanguini violenter fluenti intra arterias per circulationem, in venis crastites addatur. Sed circa axillares infunditur quidem chylus venæ Cavae, qui statim tamen ad Cor decurrat, nec potest venoso sanguini quidquam breui hoc itinere emolumenti adferre. Iuxta Iliacos ramos qui inseruntur, ex nostra obseruatione, Lymphatici sunt, quorum historiam nuperimè dedimus. 2. Conferre ad nutritionem diuersarum partium corporis, quæ diuerso gaudent alimento, ut ossa & medulla. 3. Facere ad generationem & reparationem adipis per uniuersum corpus extensi. 4. Insertuire glandularum nutritioni, ad quas circa collum, & inguina, & abdomen differtuntur.

Quanquam partium diuersarum nutritionem à chyli diuersitate dependere, nimis quam sit verum, ut homogeneus esse non debuerit; tamen nullo inde argumento conficitur in Corde non p. 13. præparati, quod omnino necessarium, ne crudo chylo nutritantur seu ossa, seu aliæ partes. Nunquam tam uniformis redditur siue in Corde siue in Hepate, quin ex sanguine arterioso diuersum sibi singulæ corporis particulæ alimentum quasi cum ratione necessariò trahant. Ad adipis generationem chylum conferre, nuperum Polij fuit dogma, qui veterum auctoritatem, Hippocratis imprimis, suæ opinioni pretendit, cui & Gaffendus accedere visus est, ab ipso Riolano hoc ne-

Hij

12 *Thome Bartholini*
 mine in *Prætermisis Anthropographicis* repre-
 hensus, vbi & me immitterentem vir summus lau-
 dat, quod istam opinionem in Anatome mea re-
 futeauerim. Glandulas axillares abdominisque,
 Lactei ductus perreptant vel exterius lambunt,
 siue ut fulcri vice illis vrantur, siue superflua chy-
 li ibi deponant. Habent venas suas & arterias
 glandulæ omnes, nec vlla in corpore pars vel mi-
 nima chylo alitur.

Fibras sanguinis ex portione chyli tenuioris
 cauæ infusi potius formari, quam in Hepate su-
 spicatur idem *Riolanus*, quum fibræ sanguinis
 in ventriculo singi nequeant, quia ventriculus de
 sua substantia fibrosa nihil chylo impertit. Miror

¶. 14. autem tanto Anatomico hæc excidisse.

Quomodo enim crassiores fibræ ex tenui chy-
 lo, aut quo nexus crassa pituita, ex qua fibræ, cum
 chylo tenui cohaerent? Adhæc chylus fibrarum
 autor, qualis qualis sit, ex ventriculo venit, tam
 ille qui Thoracicas ingreditur, quam qui Hepar.
 Hinc si in ventriculo ad fibras non disponitur,
 quomodo in venis, quæ sanguineas fibras non
 habent, antequam cum chylo illarum rudi-
 mentum accipient? Fibræ cum chylo in ventri-
 culo ex crassioribus assumptorum partibus per
 concoctionem delineantur, siue deinde ad He-
 par, siue Cor chylus deducatur. Non tamen ex
 ipsa substantia ventriculi, quæ non diuellitur,
 sed innata coquendi potestate educuntur hic &
 vbiique ex ipso liquore concoctione subiecto,
 quemadmodum per coctionem puls condensa-
 tur, non ex ollæ substantia, sed aqua cum fru-
 mento in lentorem diducta. Eadem igitur faciliter

tate Hepar fibras ex chylo posset effingere, quam
venæ.

Magna tamen veri specie pag. 183. vrget, ad
Cor tubulos nouos Laetos deferre chylum esse
impossibile, propter distantiam Cordis octo di-
gitorum interuallo ab insertione venarum in ra-
mos axillares · nam si Naturæ fuisse intentio ad
Cor per venam Cauam transmittere chylum ad
sanguinis confectionem, potuisset iuxta Diaphra-
gma duorum digitorum distantia, vel potius Dia-
phragmatis interuallo, à dextro vetriculo Cordis,
Venas Laetæas inserere in Cauam, ut cum adscen-
dente sanguine chylus permistus Cor ipsum adi-
ret ac penetraret.

Condonanda autem hæc Anatomico summo
dubitatio , ex nondum accurate visis Laetæis
Thoracicis orta, & non exilem inde laudem me-
rebitur, quod nihil gratis credat. Si verò nobis-
cum humana brataque cadavera super hoc in-
uenato sèpius consuluissest, qua est ingenuitate,
sententiam pro Pecqueto amicam pronunciarer,
quod in posterum fore confidimus, si ad plures
annos claram illius senectutem, ut voulamus, pro-
duxerit Deus.

Enimvero rapsè chylum ex axillaribus Cor-
di infundi, hi oculi viderunt. Inflauimus Tho-
racicas Laetæas, & dictum factum in tumorem
eleuabatur axillaris, qua Cor respicit, ipsumque
Cor flatibus & liquore per fistulam immisso tu-
midum.

Nec aliud consuetus sanguinis per axillates
cursus suader, qui ad Cor dirigitur, secumque il-
luc defert quidquid in transitu repperit. Neque

H iij

Thomae Bartholini

¶. 16. ad extreemos artus, ob valvularum impedimentum & decurrentem cruris rium, neque ad caput per ingulares chylus adscendit, propter easdem rationes.

Quam igitur ad Cor viam monstrat intento dacto Natura, negare non debemus. Cur autem ex inferioribus breuius iter non elegerit Natura, nostrum non est inuestigare scrupulosius. Ita Naturæ placuit. Sæpe illa in corpore nostro ambages querit, ubi, si ex usu fuisset, recto potuisset trahite incedere. Lacteis enim venas per intestinorum gyros longius deduxit, quum breuiores viam ex ventriculo vicino ad Hepat illi condere fuisset facile. Neruum sexti paris recurrentem flexuoso itinere ad linguam terorsit, & alibi de via amauit. Nec id unquam sine consilio, quamquam eius non semper assequamur institutum.

Naturæ à consilio non fui, credo ramen per Thoracicas Lacteas longiori itinere chylum decurrere ad Cor, ut perfectior ad regiam istam perueniat, sicut per aquæ ductus temotiores lippidior aqua fontibus nostris inducitur. Imò comoda hac via nullum alijs visceribus affertur impedimentum, quia sursum commendant velut iuncto fædere cesophagus & arteria magna, de quo consulat Historiam nostram de *Lacteis Thoracicas*, cui volupe.

¶. 17. Considerata insertione & progressu Lacteum Thoracicarum, vidi sumus nobis inuenisse viam, qua in vena sectione nonnunquam lac loco seri prodiit, quod in puella Hafniensi obseruavimus.

Lac autem istud secta vena in pelvi conspi-

cuum, à putridis humoribus diligenter est distinguedum, qui sèpe sèpius Lactis speciem referunt, & calidi nativi extinctionem norant. Nollem dissentire, accedere tamen non possum *Riolano*, Principi Anatomicorum, qui pag. 188. contra Pecquetum scribit: *dum in educto sanguine per phlebotomiam & vasculis excepto, superficies digiti minimi crassitie albicans appetet, non tam à putredine sanguinis nasci, quam ab ista chyli portione profluente cum sanguine, qua supernatat.*

Enimvero superficies illa candicans gelatinæ similis in emisso sanguine, plerumque in morbos condensata conspicitur, & vidi corij instar crassam lentamque sàpe in febribus acutis hoc anno obseruatam.

Quis in chylo concretionem talem animaduertit? Expositus aëri demptus ex Lacteis chylus, permanet liquidus. In quibus superficies sanguinis durior est & candicans, subiectus sanguis in pelvi sine fibris planè est putridus, imò vidi in p. 18. huiusmodi ne guttulam coloris rubri. Nostri contrà, quibus Lacteus fuit sanguis, sani erant. A pituita igitur lenta oritur superficies alba crassa, quam à chylo credimus diuersam.

Quod si in sanis fluentem cum cruro chylum obseruauit Anatomicus insignis, egregiè nostram sententiam illustravit. Mucaginem hanc sanguinis spiritalis partem, putat *Harueius*, de *Gen. Anim. Exerc.* 15. quia supernatat, & in emisso sanguine cum imperu exsilit. Ego mucaginem istam oui albumini similem in sanis vidi nunquam, in morbos persæpe. Nec credo spiri-

H iiiij

16 *Thomae Bartholini*

tuosiorum partim magis densari, quam reliquas
crassiores. Imò non concrèscit nisi spiritibus ab-
sentibus.

Inter usus Practicos à nobis inuentos signa-
tosque Cap. XIV. præcipuum diximus, vim re-
stauratiuam cum medicamentis, alimentis, cor-
dialibus, citissime ad Cor perferti, vnde vinum
& acerum subito reficere vires.

Video in eandem coniecturam conspirare *Pe-
trum Guiffartum*, qui *Riolano* pag. 219. non
placet, quia longa sit per venas Lacteas via; nam
à ventriculo debet descendere in intestina, inde
in venas Lacteas ad Receptaculum, postea per
tubulos illos *Pecquetianos* ad subclauios ramos
¶ 19. assurgere, tandem relabi ad Cor. Quia commu-
nem causam tueor, eruditum dubium soluere
conabor.

Eandem difficultatem antea mihi mouerat *H.
Conringius*, cui modestam reddidi responsonem
cap. 14. de *Lactis Thorac.* iudicio eius subjicien-
dam, quem ut maximum seculi decus semper
suspexi.

Nunc cum *Riolano* summi subsellij Doctore
mihi res erit, qui *Guiffartum*, nobis in usu hoc
εμέτηφον, codem argumēto oppugnauit. Primo
longa non est via, quia ex œsophago, cui Lactea-
rum Thoracicarum ramus implantatur circa
Cordis regionem, statim per axillares ad Cor ra-
piuntur subtilia alimenta & cordialia, nec amba-
ges Mesenterij exspectant.

Deinde breuior illius via à ventriculo per Ve-
nas Portæ ad Hepar & Lienem, vel ab intestino
jejunio per Mesentericas in ecur, mihi suspecta est.

Si per Venam Portæ in Hepat & Lienem, cum circulatione illuc ferri debet, quam in Mesenterio vel vena Portæ non facilis admitteret. Et nullus ex venis ventriculi ad Lienem est transitus, ad solum ramum splenicum, ex quo deinde Hepati adducitur, quam longam esse ad Cor viam, nemmo ibit inficias.

Mesaraicæ nec ab intestino ieiuno, nec aliis, chylum ferunt, nisi Lacteas Mesaraicarum nomine complectatur. At rapi quidquam ad iecur per Lacteas Mesaraicas, dicere amplius erubet. *P. 10.*

Hactenus quidem assueui huic Asellianæ sententiaz, & pro viribus illam auxi probauique. Sed experientiaz, etiam famaz dispendio; sacramen-
tum dixi. Quas enim Lacteas ad Hepat ferri cre-
didimus, nouum vasorum Lymphaticorum ge-
nus esse postera cura inuenimus, illudque ex He-
pate referre lympham, nihil inferre, ex ligaturis
viorum deprehendimus.

Igitur siquidem experientia, Naturæ ductu, omnem chylum Hepati inuidit, maior Lacteo-
rum Thoracicorum dignitas exsurgit, quæ non
cordialia tantum, sed quidquid chylus ambitu
suo inuoluit, ad Cor transferunt. Vnde quidquid
de chyli distributione hactenus prodidere præ-
clara ingenia, alijs iam inuentis viis, erit limi-
tandum, nullo virorum magnorum dedecore,
sed ambigua silentis Naturæ culpa, quæ clarius
nobis, velut ex tripoide, nuper est loqua.

Guiffartum nec noui, nec eiusdem pro Pec-
quero vidi opusculum, amare tamen cogor, quia
simili mecum genio animatur, adeo coniecturas

18 . . . Thomae Bartholini

meis similes produxit, ut vel pennam illius me interuersisse crederes, vel illum meam, nisi loco-

p. 21. rum distantia pro utroque interpellaret. Ex La-
cteis Thoracicis consensum ventriculi manife-
stum cum Corde demonstrauit in Historia, pag.
45. In eandem opinionem deuenit Guiffartus,
quam tamen improbat Riolanus pag. 35. Quia 1.
vasa illa Lactea nullam habent communionem
cum ventriculo, neque cum Corde, si adscen-
dant ad subclavios ramos. 2. Officium Cordis
& venatum Lacteorum planè à ventriculo dis-
iunctarum, est valde dissimile.; Vera causa istius
sympathiae ex vicina Cordis & ventriculi medio
Diaphragmate petitur. Rectissimè quidem com-
municationem officij hic negat, quam diuersam
in Corde & ventriculo agnoscimus, sed com-
mune vasorum Lacteorum commercium non
pari iure dissoluet.

Enimvero ex ventriculo tam per Lacteas ab-
dominis quam Thoracis prope œsophagum chy-
lus ad Cor fluit, quanquam iuxta Cor subclaviæ
venæ prius infundatur. Vicina Cordis seu peri-
cardij consensum non satis assequitur. Nervum
Diaphragmatis centrum pericardio quidem ad-

p. 31. hæret, non ventriculo, inter quem interiectum
videtur ut à commercio excludatur. Nec maior
iam ventriculi cum Corde quam Hepatis esset
sympathia, quod subinde, & særissime ventri-
culo superficiatum proximè neroeo centro subiac-
et. Per canales igitur communes manifestior
partium est consensus, quam vel per vicinitates,
quas medio septo de industria disiunxit Natura,
vel per nervos aliis partibus communes.

Præter Vtilitates in Praxi à nobis signatas, inuenetum alias secunda *Riolani* & *Guiffarti* ingenia, quas, ut illustriores nostræ Lacteæ euadunt, hic addam.

1. Mesenterij sympathia cum collo, & axillis pertubulos Lacteos nouos clarior. Ex quo infere *Riolanus*, in *Præterm pag. 369.* vitium glandularium strumosum, non clucere in istis locis, nisi radices egerit in Mesenterio, hincque potius circa jugularem externam emergere istos tumores, quia proximior est insertioni Lacteorum. Fateor quidem faculentum chylum ex Mesenterio non rectè disposito, virioque ventriculi, posse vicinas glandulas in axillis inficere : posse autem partes illas alere, neutiquam credo, quia hoc munus sanguis sibi vendicat per vasa sanguinea copiosè illuc deductus.

2. Per intestina purulenta lactiformis interdum effluit materia, vel sincera, vel stercoribus permixta, sine ullo intestinorum dolore, quæ creditur manare à Mesenterio ulcerato & abscessum passo, quum tamen procedat ab ista collectione chyli in magna glandula Mesenterij.

3. Idem in Thorace contingere potest, ruptis istis tubis chyliferis, quod est funestum, ut in ruptura earundem Lactearum in abdomen.

4. Sæpe magna chyli corrupti copia ab hoc Receptaculo intra viscerum spatia profusa fuit, & intra cavitatem pelvis, quam ob similitudinem decepti Medici, arbitrantur pus esse quoddam liquidius, ideoque abscessum vel vomicam. Hoc *Guiffarti* est commentum, quod laudat *Riolanus*, & ego amplector. Moneo tamen idem

20 *Thome Bartholini*

*quaerimus explicari posse ex vulgata Lactearum
Astellij cognitione, ignotis Pecquetianis.*

*Quid si in Receptaculo seu glandulis nostris
nouis febrium intermittentium sedem constituam
mus? Ceterè in dorso & circa renum regionem
dolores sentiuntur, imminentे paroxysmo.*

CAPVT IV.

*Alia contra Lacteas Thoracicas argumenta
eiusdem Riolani solvuntur.*

¶. 24.

THoraciarum Lactearum veritas quanquam manifesta sit satis, & ab oculis fidem confessam mutuetur; chylum tamen per eas ad Cor propelli, laudato *Riolano* non potuit persuaderi. Usus nouum ab illo inductum, iam expendimus. Videamus in praesenti quibus argumentis & Pecquetum primum vasorum inuentorem, & chyli ad Cor traductionem impugnet.

i. *Cor erit chyli crudis olla coquinaria, atque per ventriculum dextrum in pulmones suas fordes ibi relinquit, vel secum reuebit in ventriculum sinistrum Cordis, inde in Aortam, que prima recipiet fordes; antequam ad venas perueniant.*

R. Chylum non adeo crudum ad Cor peruenire. Tractu itineris longi, per intestina, ubi crassiora excrements deponuntur, per Lacteas tenuissimas, Receptaculum, Thoracicas, multum exsugitur inutilis. Per tot glandulas in Mesenterio perpurgatur. Et si fides oculis, satis ille purus

de Lacteis Dubit.

21

chylus, quem in Thoracicis obseruamus.

2. *Bilis secreta in renibus & iecore Porta, in chylo continetur, adeoque ex impuro sanguine p. 25. nutriuntur Cor & pulmones, & ad caput delato formabitur spiritus animalis.*

R. Bilis in chylo antequam per Renes & Hepar separetur, est accurate sanguini permixta. Præterea cor & pulmones sanguine calidiori debent nutriti, si quid impuri admistum sit, in coctione priuata separatur, amandaturque sive per spatum halitumque, sive insensilem transpirationem, sive cum sanguine decurrit ad Hepar, aliasque separationis officio deputatas partes. Idque in statu naturali. Si enim Cor & Pulmones imbecilliores in nutritione non possunt calidiora excrementa à se remouere, inflammationes oriuntur, & calidæ intemperies, in Pulmonibus Peripneumoniz, Pleuritides, Phthises, &c. in Corde febres &c. In cerebro biliosa excrements per aures, palatum excernuntur, & sanguis calidior natuuo cerebri frigore temperatur, recurreret per iugulares; sin iusto sit calidior, periculum à Mania, Phrenitide aliisque grauissimis capitatis affectibus imminet.

3. *Bilis duplex ex poro cholidocho inquinabit chylum, qui cum isto inquinamento per venas laterales dorsales deferetur ad Cor.*

R. Eadem veteri inest opinioni difficultas. *p. 26*
Cum excrements excreta bilis per aluum expurgatur. Naturæ autem prouidentiae adscribimus, quod non nisi utilem chylum Lacteæ sugant. Helmontio, paradoxis onusto si credimus, cum chylo attracta bilis balsamū erit totius sanguinis,

4. *Alimentum liquidum in ægrotantibus si à ventriculo male affecto non vertatur in chylum, ab Hepate potest emulgeri, & in sanguinem qualemcumque verti. At delatus iste succus per Lacteas ad Cor, nocebit Cordi, Pulmonibus, & tuncque venoso generi.*

R. Non absimili argumēto in Historia Thoracitatum Lacteūrum chylum tenuiorem ad Cor tendere suspicatus sum, crassiorē ad Hepar. Nunc verò non video, quid grauius ex succo isto crassio pati posset Cor, magis quam Hepar.

Prīmō enim succus quicumque facilis ad Cor per Thoracieas Lacteas ampliores decurrit, quam per exiles Lacteas putatitias ad Hepar. Præterea Cor calidius indigestos huiusmodi succos felicius & preferet & concoquet, quam Hepar. Si Cor domare nesciat, actum erit & de Hepate imbecilliore. Ipse *Riolanus* sine damno chylum ad Cor admittit pro sanguinis crassitie temperanda & fermentatione. Repetitis circulationibus per Cor emendari poterit quidquid seu Cordi, seu aliis partibus erat nocitum.

¶. 27. 5. *Non est probabile Naturam voluisse, Cor principem corporis partem, que ex Aristotele & Plinio vitiis non maceratur, sordibus chyli supernè remeantibus obruere.*

R. Dubio satisfecit *VValeus* de sanguinis Motu. Communis enim circulationi fuit obiectio. Cor tam imbelle non est, ut ab humore prauo transeunte citò prosternatur, quemadmodum Medicorum testantur obseruationes. Nec moram in Corde trahunt sive sanguis putris, sive chyli sordes, sed continua systole extimuntur.

Ere fuit sordium, si quæ chylum consputarunt, hæc transire, ut calore cordis & perpetuo motu concoquuntur, agitentur, edomentur. Quanta vitæ supplicia trahat, quibusque vitiis maceretur, in *Anatomie Reformata* alias à nobis dictum.

6. Si luxantur vertebra plurimæ in Cyphose magna, dum violenter spina in lumbis & dorso contorquetur, possunt ille venæ cum Receptaculo chyli effringi.

R. Singulari Naturæ prouidentia ita sunt dis- p. 28.
spositæ Lacteæ, ut cedere possint violentis moti- bus, sicut & œsophagus, arteria magna quam co- mitantur, iisdem difficultatibus exposita. Ne- gandum interim non est, quin in κυφώσει, λορδω- σει, & exorbiāce deprauentur, premanturque, ynde in huiusmodi corporibus atrophia, deiecta appetentia, & vomitus, quod cap. 14. num. 6. de *Lact. Thorac.* suspicatus sum.

7. Natura potuissest iuxta Diaphragma duo- rum digitorum distantia, ad Cauam & Cor du- tis breuiores formare.

R. Hanc dubietatem supra cap. 3. expendi- mus. 8. Lacteæ debent habere locum commu- nem, in quem chylum refundant. Talis est glan- dula magna Mesenterij, ex qua deponunt suum chylum canales ad Hepar delati, alij dua Pecquetiani ad superiorem truncum canæ, &c.

R. Olim visis Pecquetianis ductibus, ut ser- uarem Hepatis officium & dignitatem, similia commentabat, credidique chyli patrem colligi in glandula maiori Mesenterij ad Hepar abdu- cendam, alteram verò in Receptaculo seu glan- dulis meis nouis, ad axillarem per Lacteas Tho-

24 *Thomæ Bartholini*

p. 29. racicas situram. Aliqua tamen inter nos erat differentia; quanquam ex parte conueniamus.

Ego enim Cordi concessi partem chyli ut in sanguinem transmutaret, Hepati partem. *Riolanus* vero, vt dictum ante, ad alios usus chylum in axillaribus destinat. Cæterum, quum nullas ad Hepar Lacteas postea obseruarim, quasque credidimus Lacteas, esse Lymphatica vasa aquam ex Hepate refentia ad Receptaculum, mutare sententiam cogor, & Receptaculum solum pro loco communi agnosco, in quod omnes Lacteæ confluunt, & Lymphaticæ ipsæ nostræ infra Diaphragma.

9. Si contingat Mesenterium totum scirrhosum fieri, istuc anadosis chyli erit intercepta, & moriendum, sed in ista calamitate Iecur, Pancreas, Lien habent venas in ventriculum producetas, quæ exsugunt chylum.

R. Scirrhosum Mesenterium, aposteniatum, putridum, mortis afferre necessitatem, exempla docent apud *Hildanum*, *Beniuenum*, *Costerum*, *Donatum*, *Læl. à Fonte*, *Schenckium*, *Smetium*, *Bontium*, *Salmuthum*, aliisque. Cæterum saxe Hepar unum cum Liene aliisque visceribus sanguificationi hactenus dicatis afficitur male, diutamen vita manet superstes. *Pareus* l.

p. 30. c. 38. de *Isabella Roland*, octavo anno tumor re abdominis vexata refert, Mesenterium totum & pancreas, tumore miro turgens habuisse, adeo ut libras decem & dimidiam penderet, scirrhosum omnino extrinsecus, solisque postica parte lumborum vertebris adhærescens, antica autem peritonæo scirrhoso pariter ac penitus cartilaginoso.

nolo. Abscessus in illo infiniti, oleosi, mellei, sebacei, albuginei, aquosi. Hepar quoque propriavitio tenebatur, scirrho nempe & crebris abscessibus per intimam extimamque eius substantiam varie sparsis. A putredinis labore lumen haud erat immunis, demque in ventre inferiore nihil integrum.

Dicat mihi qui: Vt est, qua via chylus ex ventriculo ad organum sanguificationis fuerit per ductus, aut quomodo per octo annorum decursum, leuis omnibus in abdomen, nutriti potuerit Isabella. Fateor Receptaculum, seu glandulas Lacteas nouas Mesenterio subiectas, hie quoque vicinitatis viae affectas, sed in tali casu Natura sibi inuenit vias, ut totum conseruet, quas sana respuit. Res tamen expeditior erit ex ductibus Lacteis. Quoniam Receptaculum sit corruptum, chylus subtilior ex cesophago, & assumpta liquida per ramulum Lacteum ex Thoracicis determinatum axillari infunduntur, siveque inferioribus Lacteis interceptis vita sustineri potest protrahique, sed ob limitem paucitatem miserata & ad atrophiam destitura. p. 31:

10. Post animalis interitum, et si compareant vine Lactee, istius lacunae recipientis chylum ex duorum canaliculis subclavias venas, nulla compareant vestigia.

R. Pro se habet confitentes Petquetum, & Guiffartum, qui in demortuis absente chylo non viderunt. Opratem autem magnum Anatomicum Riolanum, repetitis sectionibus in rem proprio cultio inquireret etiam astutis mensibus etati illius animalis. Publicè profiteor me quam-

I

plurimos canes strangulatos hoc fine aperuisse,
Semperque Lacteas Thoracicas inuenisse, & ad-
huc inuenire posse manifestas, etiam absente
chylo.

In Humanis cadaueribus, siue ante strangula-
tionem pastis, siue non, nil diuersum inuenimus,
nisi pinguedine nimia impediens operationem.
Verbo me expediam; semper in cadaueribus su-
persunt, & nullo negotio demonstrantur ab exer-
citato.

11. *Quomodo due venule ab ista lacuna de-
riuante, equiparari queunt omnibus venis chy-
liferis.*

R. Si recte amplitudinem nostrorum Thora-
cicarum metiamur, satis sunt capaces pro defe-
rendo chylo ex venis chyliferis valde exilibus,
imprimis quia successiva sit seu tractio chyli seu
pulsio, vnde Cordi sufficiens materia suppedita-
tur ad sanguinis generationem, quamquam per
partes, idque magno utriusque commodo. Nec
moram in Corde requirit, quia subita fit mutatio
crebris circulationibus perficienda.

12. *Si in Lacteis dorsalibus contingat veram-
que obstrui, actum est de vita, defectus chyli ad
Cor affluentis; & quomodo measus isti referari
possent, si vis liquidi medicamenti non possit ed
affurgere.*

R. Communes Lacteæ pati incommodo one-
rantur. Difficilior tamen in dorsalibus obstru-
ctio ob Cordis viciniam & lympham diluentem
Sin vitij magnitudine eueniat, suo tamdiu succo
victitabit Cor corpusque cochlear instar, donec
seu robore Naturæ seu commodis medicamen-

tis onere leuentur, quorum virtus tam ad has penetrat, quam alias remotiores partes obstrutas.

13. *De existentia & byparxi venarum harum in homine dubitat, donec cruciarios Iudicium inservit ante pastos aperuerit.*

Sed labore istoc ego defunctus sum pridem, & publico scripto testatus sum. Moneo tamen, si Iudices & Confessarios non inuenierit faciles, in quocumque eadavere manifestas esse Thoracicas Lacteas, quanquam chylo vacuas, si Administratio meæ ductum, cap. vlt. de Thor. Lact. si- p. 33. gnatum sequutus fuerit.

14. *Vinum & aquas minerales negat per has deduci, quia per Cor & Pulmones transire vim visceribus inferrent.*

Sed circulatione hic opus non est per Cor aut pulmones. Arteriis emulgentibus coniunctæ Lacteæ proximâ per renes viâ vinum liberalius hauustum & thermales aquas eliminant. Alia Virtudo Rissimi momenta, temporis operisque parcus, transmitto. De singulis experientia iudicer, cui fasces ex merito submittimus.

CAPVT V.

*Tropter ademptum Hepati sanguinis munne,
non esse immutandam Methodum
medendi.*

IN magnas nuper conjectum Iecur angustias,
sc. è solio dignitatis pristinae detrusum, dum
vium adhuc funeri suo & exsequiis propriis in-
teresse debuit, quas in *Vasis Lymphaticis* nos
nuperrimè adornauimus, à *Pecqueto* iniquius
olim intentatas; Salutare Numinis alicuius im-
plorauit auxilium.

Optarem sane causam illius labantem aliquo
fulcro posse suffulciri proptet antiqua in Rempu-
blicam Medicam metita, nam sinistrum tanti
visceris fatum madidis oculis intueor. Ipse pro-
dignitate illius pugnauit quoad per veritatem li-
quit, & ne inuentis *Pecquetianis* ductibus planè
in nihilum recideret, aliquam officij, veteris par-
tem concredi; Sed Lymphatica nostra vasa, au-
per reperta, actionem tutelæ contrariam mihi
indulgent. Nec dubito maiori iam de iure plures
amicitiae illius & defensioni renunciatutos, et
iam qui feruide causam illius tutati sunt.

Riolanus antiquarum traditionum propugna-
tor strenuus, sed in nouis inuentis examinandis
attingendis ne nunquam pertinax, ubi Naturæ vi-
dit consilium, pro Hepate tanquam Deus Stator
contra *Pecquetum* stetit. Et omnino *Pecqueti*
inuentum Hepati non potuit omnem sanguifi-

cationis dignitatem facete ambiguam, ut in Hist.
de Lact. Thor. demonstravi.

Vnde nequam dubito, si recte *Riolani* candorem noui, visis nostris Lymphaticis nihil ad Hepar referentibus, quin tam futurus sit ab Hepatis antiquato munere alienus, quam illi hactenus fuit addictissimus. Inter ei sineulla obtrectatione, solo veritatis amore, videamus, quid in subsidium Hepati veteranus in Anatomie Imperator miserit. Eueri antiquam Medicinam queritur, impugnari artis nostrae antesignanos, *Hippocratem*, *Aristotelem*, *Aretaeum*, *Galenum*, aliosque qui Hepati bene habenti sanguinis confectionem consignarunt, maleverò affecto, morborum plurinorum causam.

p. 35.

Ceterum medendi methodus an planè siue per ductus *Pecquetianos*, siue nostros Lymphaticos immutetur, iam iam dispiciam. Nolle sanè falsis suppositionibus inniri nostra Medicinæ fundamenta, & à Natura alienis. Nolumus Mathematicorum filios imitari, qui hypothesibus seu veris seu petitis, demonstrationes suas superstruunt. Maius in corpore humano negotium voluitur, maiori damno pensandum si falsis hypothesis fictisque partium functionibus nitatur. Antiquos autem non moriamur, quos scimus in Anatomes infantia, ex cognitis sibi partibus creditisque illarum actionibus Medicam artem condidisse.

Præter Anatomici est dignitatem, veterum auctoritate vel state vel cadere. Creuit in immenso. Anatomes scientia, & si veteres ab Orco remucati Theatris nostris Anatomicis induceren-

30 *Thome Bartholini*

tur, in alium terrarum orbem se crederent delato, plurimaque visis Circulatione *Harvei*, Lacteis *Astellii & Pecqueti*, Lymphaticis nostris, ductu *VVirsangiano*, multisque *Riolani* observationibus, quibus rem Anatomicam immortali

p. 36. nominis celebritate auxit, damnarent sua, & abrogatarum observationum Volumen nobis relinquerent antequam stygias redirent ad undas.

Per partes expendamus an & causa morborum sint immutanda, & varianda curatio, adempta Hepati sanguificatione. Sanguificationis actionem laesam, morborum matrem, Hepati assignarunt uno ore Medici, quia conquendi sanguinis crediderant officinam, illique chylum omnem infundi sive per Mesentericas venas, siue Lacteas.

Hæc suppositio siquidem ruit per nostros ductus nouos, concidet quoque quod fuit superstructum. Signa ipsa Diagnostica quibus actionem virtutam in Hepate discernunt, tam sunt generalia, ut toti venoso generi, ipsique Cordi possint esse propria. Primum ex aliis excrementis desumit *Galenus* l. 5. L. A. c. 7. Si aut carnis litoram habeant, aut sanguinea sint.

Huiusmodi autem excrementsa quum ab Hepate non prodeant, quomodo male affectum Hepat indicabunt? Ex Hepate ad Mesenterium pertinet nihil, nisi per nouos ductus Lymphaticos vel per porum cholidochum. Venæ Portæ & arteriæ ad Hepat sanguinem perducunt ex Hattueana Circulatione. Quidquid igitur excrementsis alii miscetur, nisi vel bilis sit vel aqua, ex arteriis Mesentericis expurgatur, quæ à Corde de-

p. 37.

pendent, cuius idcirco vitia vniuersum inficiunt corpus. Cor enim chylum vel trahit, vel per Lacteas missum recipit, Hepar nihil, quia ductus nulli ad illud pertingunt per quos trahat.

Taceo, si vitium externum sive à ventriculo, sive alia causa eludat sanguificationem, tam Cordis quam Hepatis damno fieri. Alterum ab *Vriniis* signum in pari pono discrimine. Serum enim in renibus percolatum, cum arterioso sanguine per arterias ex Corde fluit, quippe Emulgentes venæ ex renibus superfluum sanguinem ad Cor referunt, nec vel guttulam tenes ab Hepate accipiunt. Tertium signum à *coloris* in toto corpore mutatione, Cordis potius affecti præbet indicium, ex quo per arterias nutritius sanguis ad totum corporis distribuitur. Denique ex *Cansis* quod diuinant, sedem in Corde manifestius prodit. Hoc enim calidi natiui focus, hinc accenduntur febres, huc calida frigidaque largius sumpta per Thoracicas celeriter & via brevissima pereueniunt. Igitur nullo indicio satis valido lœsam in Hepate sanguificationem assequantur. Vnde nec ab illius vitio tot affectus deducent, hydropses, Cachexias, atrophias, diarrhoeas, &c. Nempe quod sanguificationis in aspectat lœsionem. Concedo & planè statuo Hc. p. ; 8. part in huiusmodi affectibus saepissime laborat, sed non quod ab Hepate sanguificationis opus primariò dependeat, aut eius lœsio.

Docuit Anatomica hydropericorum inspectio, Hepar aut apostemate occupatum, aut inflammatione, aut scirro, aut aliis laborasse, quod variis autorum observationibus probauit in Hist.

32 *Thomæ Bartholini*
 de *Læs. Thorac.* cap. 15. Observati tamen sunt
 hydropici saluo Hepate, vitio aliarum partium.
 Ita atrophia saxe Hepatis culpa inuasit, saxe
 quoque sine illius vitio tabida morte consum-
 ptos nouimus. *Riolanus*, l. 2. *Antrop.* c. 21. vi-
 dit in tabidis post mortem dissectis, quibus om-
 nes carnes fuerant consumptæ, iecur integrum
 perstitisse, quod multi credebat eliquatum &
 exhaustum ex diuturno alui profluvio. Fuere alij
 fluxu cruento emaciati, quibus Hepar à nativa
 conditione defecerat. Teste *I. Bontio*, *Obf.* 7.
Med. Ind. iecur in milite post fluxum æruginosum
 mortuo tam vatis erat coloris, luridi, palli-
 di, flavi, ac viridis, ut miraculo spectantibus es-
 set. Eodem notante *Obf.* 9. miles Anglus inflam-
 matione Hepatis primum, mox dolore se remit-
 tente, fluxu Hepatico, & extrema macie mortuus.
¶ 39. Aperto cadavere, loco Hepatis inuenientur so-
 lam membranam ipsum inuestimentem, satis cra-
 fsum, instar sacci, cui adhuc portio saniei, lotu-
 ræ carnium similis inerat. *Ioan. de Lamoniere*,
 fluxu Dysenterico populariter 1635. grassante, in
 defunctis obseruauit Hepar sphacelatum, siccum
 & pallidum. Oculatam fidem in his affero, cer-
 tius Pathologiæ fundamentum, ut appareat in
 his affectibus lædi subinde Hepar, subinde alias
 partes.

Sed saxe vitio corripitur Hepar in Cordis
 passionibus. *Ballonius* l. 2. *Epid.* p. 140. refert,
 aperto cadavere filiolæ Scaronij Consulis, quæ
 duos menses integros laborauerat & febricitau-
 erat, inuentum esse Hepat incanduisse præ calo-
 re, ut esset friabile. Sunt hydriopes multi partium
 aliarum,

alatuni, capitis, Thoracis, vteri, &c. quos ex Hepate aduocare opus non est. Solus hydrops abdominalis ad Hepar refertur, nec is omnis, sed alius à Liene, alius à Ronibus, alius à Mesenterio.

Quantum coniectura assequor, Hepar ideo in hydrope veteres inuocarunt, quod putauerint sanguine Hepatico omnes partes nutriti. At falsa iam illa suppositio, quia solus arteriosus ad partes nutritias ex Corde propellitur. Igitur quando Hepar in hydrope laborat, neutrum culpa referenda in frustratam illius sanguificationem, quia caret, sed in viscum sanguinis per arteriam cœliacam & venam Portæ illati, quod in Corde vel alibi contraxit; vel in obstructionem Hepatis, inflammationem, aliquaque affectus, quibus Hepar occupatum non potest satis ex voto remittere sanguinem per dictas venas receptum. Ex nouis vasis Lymphaticis facile hydrops ab Hepate generatio explicatur, non quod Hepar pro publico sanguificet, sed quod ex priuata nutritione serum separetur, perque venas Lymphaticas ad Receptaculum expurgetur, quod serum in abdominalis cauitatem effluit sive ruptis Lymphaticarum tenuissimis tunicis, à pondere scirrhosi Hepatis, vel obstructi, vel inflammatione & intemperie, vel alio vitio. Eadem hydrops esse potest causa in aliis partibus, illæ so Hepate.

His igitur aliisque observationibus admissis, illustratisque causis affectuum Hepatis, non censemus necessarium veterem & usum medeantum approbatam medendi methodum vel tantillum immutare. Quidquid enim ex antiqua hypo-

K

34 *Thome Bartholini*
thesi propositi Hepati laboranti, proderit & ex
nostris inuentis.

Obstructiones tollendæ, emolliendus scir-
thus, inflammations sedandæ, tota Hepatis
temperies emendanda, & suo nitori restituenda,
non quod sanguificatio ibidem reducatur, sed
ut separatio & mixtura sanguinis commodius
instituantur, que eadem remediorum genera-
indicationes easdem requirit, quas lastæ sanguini-
ficationis munus putatium. Nec cordialia
omittenda, hic & vbiique utramque paginam fa-
cientia.

¶ 41. Fluxus Hepatici eadem est ratio. Hepate enim
frigido, extintoque calore necessario, quo indi-
get non tam ad sanguinis generationem, quam
temperationem, non poterit aut priuatæ nutri-
tioni sufficere, aut publicæ sanguinis transcola-
tioni. Præterea, quum ex excretis maximè resti-
ment loci affecti cœritudinem, nihil meo iudi-
cio pro Hepate efficient. In legitimo fluxu He-
patico sanguinem serofum, crudum & semico-
rum excreni consentiunt. At ille ex Corde per
arterias huc expurgatur, non ex Hepate.

Et quaque ex Hepate venæ Mesaraicæ ad
Mesenterium deferrent sanguinem, sicut falso
veteres opinati sunt, posset in Hepate vitiatæ san-
guis ex obstructione vasorum Lymphaticorum,
seu impedita seri à sanguine separatione; vel sal-
vo Hepate, Mesaraicus sanguis nimia seri mora-
infici. In spurio fluxu Hepat incusat nemo. Sed
si causas expendamus, non excludendum. San-
guis enim, si illis credimus, acrimoniam & mor-
dicitatem acquirit ob bilem admixtam, vel mo-

ram in Hepate. Vtrumque obstruktioni Hepatis imputandum, vnde nulla bilis à sanguine separatio.

Ex inuento nostro **commodissima** affectus huius petitur enodatio.

Nec tamen immutanda methodus. Calidum enim innatum reficiendum, cuius primaria in Corde sedes, Hepar conseruandum, quod ad sanguinis puritatem, serique segregationem potest plurimum. De chyloso intestinorum fluxu res ab *Astellio* c. 45. est confecta, quem virtio venarum chylum sanguinem cum Galeno assert euenter, quamquam *Galenus* venas rubras, ille Lacteas suas intermixerit. Nihil huc diuersum, nisi vel in trahens Hepar, vel recipiens Receptaculum culpa relegate, tumque nostris experientiis stabimus, non veterum placitis.

Quidquid igitur siue Pecquetianis ductibus, siue nostris Lymphaticis pro Hepate propugnando opponitur, ex allatis facile discutitur. Ut omnia in compendium redigam, notandum.

1. Methodum antiquam receptamque mendendi non immutari, sed illustrari.

2. Causas morborum nouis his inuentis vertiores clarioresque evadere.

3. Ab Hepatis obstructionibus aliisque affectibus, quamquam non sanguifer, sanguinis vitia dependere.

4. Nihil sanguinis ex Hepate ad Mesenterium deriuari ex Circulationis principiis, nec villum chylum ad Hepar peruenire, ex obstructionibus Vasorum nostrorum Lymphaticorum.

36 Th. Bartholini de Lacteis Dubia.

5. Veterum autoritatem experientiae certissimam nonquam esse præponendam.

6. Cordis in omnium affectuum curatione habendam quoque esse rationem.

FINIS.

Summa Priuilegij.

Christianissimi Regis Ludouici XIV. Priuilegio, licentia facta est Magistro Joanni Riolo, Doctori Medico Parisiensi, Anatomie & rei Herbaria Professori Regio, regiorumque Professorum Decano & Antiquiori Schole Magistro, quando voluerit typis mandare Indicium novum de Venis Lacteis, sive de Unione vel Synanostomosi Vena Porta cum Cava & Examen Libri Thomae Bartholini, Hafniensis, Professoris Regij, de Lacteis Thracicis in Homine brutisque inserrim obseruatis: Ut & Examen duorum aliorum librorum, quorum unus est de Vasibus Lymphaticis: alter, Dubia Anatomica de Venis Lacteis, auctore eodem Thomae Bartholino, continet, cuna Animaduersinibus secundis in Anatomiam reformatam Th. Bartholini, &c. Tali forma & qualibus typis elegit, idque in annos decem, ab ipso die numerandos quo prima editio perfecta fuerit. Cuius priuilegij vim & facultatem omnem dicitus D. Joannes Riolanus transfuit in viduam Mashurini du Puis, Bibliopola Parisiensis. Quod si quis, in hoc Galliæ regno, aut extra illud, talia Opuscula D. Riolani aduersus Th. Bartholinum, sine eius consensu excudere aut venum exponere audeat, nouerit se ultra Exemplarium confisctionem, graviter multatumiri, qualis habetur in Priuilegio, dato Parisis, 9. Februarij, 1648.

DAVIDIGVIER.

Prima hæc Editio finem habuit die Sabbathi 2. Novembris, 1653.

